Adam autem cognovit evam uxorem suam que concepit et peperit cain dixitque possedi hominem per deum. Rursumque peperit fratrem eius abel. Fuit autem abel pastor ovium et cain agricola. Factum est autem post multos dies ut offerret cain de fructibus terre munera domino. Et abel obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad abel et ad munera eius. ad cain vero et ad munera illius non respexit. Iratusque cain nimis et concidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum quare iratus es et cur concidit facies tua. nonne si bene offeras bene autem non dividas peccasti quiesce. ad te conversio eius et tu dominaberis illius. Dixit autem cain ad abel frater egrediamur foras. Cumque essent in agro consurgens cain adversus fratrem suum abel occidit eum. Dixitque dominus ad cain ubi est abel frater tuus. Qui respondit nescio. Numquid custos fratris mei sum ego. Cui dominus ait quid fecisti vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. nunc igitur maledictus eris super terram que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu mea. quam cum operatus fueris non dabit tibi fructum suum. vagus et profugus eris super terram. Dixit autem cain ad dominum maius est peccatum meum quam ut veniam merear. ecce eicis me hodie a facie tua et a tua protectione abscondar. et ero vagus et profugus in terra. Omnis igitur qui invenerit me occidet me. Dixit autem ei dominus nequaquam ita fiet sed omnis qui occiderit cain septuplum punietur. Et posuit dominus cain signum ut non interficeret eum omnis qui invenerit eum. Egressus autem cain a facie domini habitavit profugus in terra ad orientalem plagam eden. Cognovit autem adam uxorem suam que concepit et peperit henoch. et edificavit civitatem vocavitque nomen eius ex nomine filii sui henoch. Porro henoch genuit irad. irad autem genuit maviahel. maviahel vero genuit matusahel. matusahel genuit lamech. Qui assumpsit duas uxores nomen unius ada et nomen alterius sella. Peperitque ada jabel. qui fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum. Nomen autem fratris eius jubal. ipse fuit pater canentium cithara et organo. Sella quoque genuit tubalcain qui fuit malleator et faber in cuncta opera ferri et aeris. Soror autem tubalcain fuit noema. Dixit autem lamech uxoribus suis ade et sella audite vocem meam uxores lamech auscultate sermonem meum. quoniam occidi virum in vulnus meum et adolescentulum in livorem meum. septuplum ultio cain. lamech vero septuagies septies. Cognovit quoque adam uxorem suam et peperit filium vocavitque nomen eius seth dicens dedit mihi deus semen aliud pro abel quem occidit cain. Sed et seth genuit filium quem vocavit enos. Iste cepit invocare nomen domini.

Hic est liber generationis ade. In die qua creavit deus hominem ad similitudinem dei fecit illum masculum et feminam benedixitque illis et vocavit nomen eorum adam in die quo creati sunt. Vixit autem adam centum triginta annos et genuit ad similitudinem et imaginem suam vocavitque nomen eius seth. Et facti sunt dies ade postquam genuit seth octingenti anni et genuit filios et filias. Et omnes simul dies ade fuerunt nongenti triginta anni et mortuus est. Vixit quoque seth centum quinque annis et genuit enos. Vixitque seth postquam genuit enos septingentis annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies seth fuerunt nongenti duodecim anni et mortuus est. Enos autem vixit nonaginta annis et genuit cainan. Vixitque enos postquam genuit cainan octingentis quindecim annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies enos fuerunt nongenti quinque anni et mortuus est. Cainan quoque vixit septuaginta annis et genuit malaleel. Vixitque cainan postquam genuit malaleel octingentis quadraginta annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies cainan fuerunt nongenti decem anni et mortuus est. Malaleel autem vixit sexaginta quinque annis et genuit jared. Vixitque malaleel postquam genuit jared octingentis triginta annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies malaleel fuerunt octingenti nonaginta quinque anni et mortuus est. Jared autem vixit centum sexaginta duobus annis et genuit henoch. Vixitque jared postquam genuit henoch octingentis annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies jared fuerunt nongenti sexaginta duo anni et mortuus est. Henoch autem vixit sexaginta quinque annis et genuit matusalem. Ambulavitque henoch cum deo et vivit postquam genuit matusalem trecentis annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies henoch fuerunt trecenti sexaginta quinque anni. Ambulavit cum deo et apparuit non enim tulit eum deus. Matusalem vixit centum octoginta septem annis et genuit lamech. Vixitque matusalem postquam genuit lamech septingentis octoginta duobus annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies matusalem fuerunt nongenti sexaginta novem anni et mortuus est. Lamech vixit centum octoginta duobus annis et genuit filium vocavitque nomen eius noe dicens iste requiescere nos faciet ab operibus et a labore manuum nostrarum in terra quam maledixit dominus. Vixit autem lamech postquam genuit noe quingentis nonaginta quinque annis et genuit filios et filias. Et omnes simul dies lamech fuerunt septingenti septuaginta septem anni et mortuus est. Noe cum esset annorum quingentorum genuit sem cham et japheth. Postquam autem cepit homines multiplicari super terram et filie nate fuerunt videntes filii dei filias hominum quod essent pulchre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque dominus non permanebit spiritus meus in homine isto in eternum quia caro est erunt dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illeque genuerunt sibi isti sunt potentes a seculo homines famosi. Videns autem dominus quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore penituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus ait delebo hominem quem creavi a facie terre. Ab homine usque ad animantia reptilia et volatilia celi. penitet enim me fecisse eos. Noe autem invenit gratiam coram domino. Hec est generatio noe noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis cum deo ambulavit. Genuitque tres filios sem cham et japheth. Corrupta est autem terra coram deo et repleta est iniquitate. Cumque vidisset deus terram esse corruptam omnis quippe caro corrumpebat viam suam in terra. dixit ad noe finis universe carnis venit coram me. repleta est terra iniquitate a facie eorum et ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis levigatis mansiunculas in arca facies et bitumine linies eam intrinsecus et extrinsecus. Et sic facies eam trecentorum cubitorum longitudo arce quinquaginta cubitorum latitudo et triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies et in cubito consummabis summitatem ejus. Ostium autem arce pones ex latere deorsum cenacula et tristega in ea facies. Ego ecce adducam diluvium aquarum super terram ut interficiam omnem carnem in qua spiritus vite est subter celum universa que in terra sunt consumentur. Ponamque fedus meum tecum et ingredieris arcam tu et filii tui uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum. Et de cunctis animantibus universe carnis duo introduces in arcam ut vivant tecum masculini sexus et femine. De volucribus quoque in genere suo et de jumentis in genere suo et de omni reptili terre in genere suo duo de omnibus introibunt tecum ut possint vivere. Tu autem tolle tibi de cunctis escis que manducantur et comportabis apud te et erunt tibi et illis in cibum. Fecit noe omnia que preceperat ei dominus sic fecit.

Dixitque dominus ad noe ingredere tu et omnis domus tua arcam. te enim vidi justum coram me in generatione hac. De cunctis animantibus mundis tolle septena septena mares et feminas. De immundis autem duo mares et feminas. De volucribus quoque celi septena septena masculini sexus et feminini. ut salvetur semen super faciem universe terre. Adhuc enim et post septem dies ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus et delebo omnem substantiam quam fecerim de superficie terre. Fecit noe omnia que mandaverat ei dominus. Sescentorum annorum erat noe cum diluvium aquarum inundavit super terram. Et intravit noe et filii eius uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluvii. De animantibus mundis et immundis et de volucribus et universis que moventur super terram. Duo et duo ingressa sunt ad noe in arcam masculus et femina sicut preceperat deus noe. Factum est autem post septem dies et aque diluvii inundaverunt super terram. Anno sescentesimo vite noe mense secundo vicesimo septimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magne et cataracte celi aperte sunt. Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. In die illa ingressus est noe et sem cham et japheth filii eius uxor noe et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam. Ipsi et omne animal secundum genus suum universa quoque jumenta in genere suo cunctumque reptile quod movetur super terram in genere suo omnia quoque volatilia secundum genus suum cuncti volucres et universa pennata. Ingressa sunt ad noe in arcam duo et duo ex omni carne in qua erat spiritus vite. Et que introierunt masculus et femina ex omni carne introierunt sicut preceperat ei deus et clausit dominus post eum. Factum est ergo diluvium quadraginta diebus super terram et multiplicate sunt aque et elevaverunt arcam in sublime. Aque autem inundantes nimium prevalebant super terram et arca ferebatur super aquas. Aque vero nimium prevalebant super terram et operta sunt omnes montes excelsi sub universo celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro que movebatur super terram. volucrum animantium bestiarum omnium reptilium que reptant super terram et universi homines. Cuncta que habuerunt spiraculum spiritus vite in terra mortua sunt. Delevit igitur omnem substantiam que erat super terram. Et homines et pecora et reptilia que moventur in terra et volucres celi. Et deleta sunt de terra. Remansit autem noe et qui cum eo erant in arca. Obtinuerunt autem aque terram centum quinquaginta diebus.

Recordatus autem deus noe cunctorumque animantium et universorum jumentorum que erant cum eo in arca. Et adduxit spiritum suum super terram et imminutum est diluvium. Clausi sunt fontes abyssi et cataracte celi. Et prohibita est pluvia de celo. Reversaque sunt aque de terra euntes et redeuntes. Et cepere minui post centum quinquaginta dies. Requievitque arca mense septimo vicesimo septimo die mensis super montes armenie. Aque autem ibant et decrescebant usque ad decimum mensem. Decimo enim mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium. Factum est autem post quadraginta dies aperiens noe fenestram arce quam fecerat dimisit corvum. Qui egressus est et non reversus donec siccarentur aque super terram. Emisit quoque columbam post eum ut videret si jam cessassent aque super faciem terre. Que non invenit requiem pedibus suis et reversa est ad eum in arcam aquas enim universe terre habebat. Extendens manum apprehendit eam et intulit ad se in arcam. Expectavit autem adhuc alios septem dies et rursum emisit columbam ex arca. At illa venit ad eum circa vesperam portans ramum olive virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo noe quod cessassent aque super terram. Expectavit nichilominus et alios septem dies et emisit columbam que non est reversa ultra ad eum. Anno sescentesimo primo vite noe mense primo una mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magne et cataracte celi aperte sunt. Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. In die illa ingressus est noe et sem cham et japheth filii eius uxor illius

Bcla. Pauant a. r. n. 7 e. Post ornatum quarto die
cli. tria eum luminaria, ornentur. sint in animalibus.
one quinto inferiores mundi. pisces aquas. 7 aues.

Audo. Anime ui
uentes. 7 que sunt in animalibus uisus sunt. ter.
nobiles hominum. 7 qui sunt in hominibus ignobi
les. quod quidam pp tarditatem sensus putant
dam. ter. ut q pisces uisibus sunt memore. q ceteris
num. 7 eos memoriam hre.

Creatur. d. c. g. 7 e.

Aquarum sunt aquar
ysa. gedy. pont. q nom in masculino
finales. ordei. rerum qui. 7 indi.
repentando. q. natando.
7 aues in repte in caelo. rheate
ut pedib. ambulando
in. natore. in pedib. ambulent. in. uolucrum. sunt. 7 uola
cum pennas. 7 aute. uolente in q.
illa que pennas hnt
q. omnino uolatu ca
rent. ne aliquod gen
e. uolucrum ne nobilem. t. i. mutu
bilem. 7 nō de. q. eum ad corp. 7
animam.
Deus dixit
Fiant luminaria
Gen. 1.

Deus tcte gran
ad unumquem.
dia et omnem am
mam uiuentem
ad differentiam hom
nis qui spiritualis ad
dep motabilem
p magnum deū. q. in precepta
seruaret. pena. punitu.
quam produxe
rant aque in spe
cies. ut alia alius in alimoniam tolerent. ut serue de
suas. et omne uolatile secdm gen
sua. Et uidit deus quod ēet
bonum. benedixitq; eis dicens.

Hoc ad utrumq; genus
de aquis tm. 7 ad pisces
Crescite et mul
p. primo ad aues.
tiplicamini et re
plete aquas maris
ut que de aquis ut de ma
triunum.
auesq; multiplice
tur super terram.

Et factū. 7 uesp
pertinaue dices
ut forte de aquis inanimabilibus. sed sunt aues. q. p. manifestatione facte sunt.
ex aq. densatis sub firmamento. q. tm in aere aereo. 7 in floribus pre sedm
quosdam. tm. pro. dicebat. augtus. ceterasq. dominatu aeris supponit.

Vespe. 7 factū est ita. Et fecit deus bestias terre
iuxta species suas. iumenta. et omne reptile terre
secundum genus suum. Et uidit deus quod esset
bonum. et ait. faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. et presit piscibus maris
et uolatilibus celi. et bestiis uniuersequ terre.
omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit
deus hominem ad ymaginem suam. ad ymaginem
dei creauit illum. masculum et feminam creauit eos.
Benedixitq; illis deus. et ait. crescite et multiplica
mini. et replete terram. et subicite eam. et dominamini
piscibus maris. et uolatilibus celi. et uniuersis animan
tibus que mouentur super terram. Dixitq; deus. ecce
dedi uobis omnem herbam afferentem semen super
terram. et uniuersa ligna que habent in semetipsis
sementem generis sui. ut sint uobis in escam. et cunctis
animantibus terre. omnique uolucri celi. et uniuersis
que mouentur in terra. et in quibus est anima uiuens.
ut habeant ad uescendum. Et factum est ita. Et
uidit deus cuncta que fecerat. et erant ualde bona.
Et factum est uespere et mane dies sextus.

Perfecti sunt ergo
caelum et terra et omnis ornatus eorum. Complevitq;
deus die septimo opus suum quod fecit. et requieuit
die septimo ab uniuerso opere quod patrauerat. Et
benedixit diei septimo et sanctificauit illum. quia in
ipso cessauit ab omni opere suo quod creauit deus
ut faceret.

Hec est liber generationis celi et terre quando creata
sunt. in die quo fecit dominus deus celum et terram
et omnem uirgultum agri antequam oriretur in terra.
omnemque herbam regionis priusquam germinaret.
nondum enim pluerat dominus deus super terram.
et homo non erat qui operaretur terram. fons autem
ascendebat de terra irrigans uniuersam superficiem
terre. Formauit igitur dominus deus hominem de
limo terre. et inspiravit in faciem eius spiraculum
uite. et factus est homo in animam uiuentem. Plan
tauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis
a principio. in quo posuit hominem quem formauerat.
Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pul
chrum uisu. et ad uescendum suaue. lignum quoq;
uite in medio paradisi. lignum quoq; scientie boni et
mali. Fluuius autem egrediebatur de loco uoluptatis
ad irrigandum paradisum. qui inde diuidebatur in
quatuor capita. Nomen uni. Phison. ipse est qui
circuit omnem terram euilath. ubi nascitur aurum.
et aurum terre illius optimum est. ibi inuenitur
bdellium et lapis onichinus. Et nomen fluminis
secundi. Geon. ipse est qui circuit terram ethiopie.
Tigris autem. ipse uadit contra assyrios. Fluuius
uero quartus. ipse est Euphrates. Tulit ergo dominus
deus hominem. et posuit eum in habitatione paradisi.
ut operaretur et custodiret illum. Precepitq; ei dicens.
ex omni ligno paradisi comede. de ligno autem scientie
boni et mali ne comedas. in quocumq; enim die ex
eo gustaueris morte morieris. Dixit quoq; dominus
deus. non est bonum esse hominem solum. faciamus
ei adiutorium simile sibi. Adhuc autem de humo
cuncta animantia terre. et uniuersa uolatilia celi.
adduxit ea ad adam ut uideret quid uocaret ea.
omne enim quod uocauit adam anime uiuentis. ipsum
est nomen eius. Appellauitq; adam nominibus suis
cuncta animantia. et uniuersa uolatilia celi. et omnes
bestias terre. adam uero non inueniebat adiutorium
similis sui. Immisit ergo dominus deus soporem in
adam. cumq; obdormisset tulit unam de costis eius.
et replevit carnem pro ea. Et edificauit dominus deus
costam quam tulit de adam in mulierem. et adduxit
eam ad adam. Dixitq; adam. hoc nunc os ex ossibus
meis. et caro de carne mea. hec uocabitur mulier
quoniam de uiro sumpta est. quam ob rem relinquet
homo patrem suum et matrem. et adherebit uxori
sue. et erunt duo in carne una. Erant autem ambo
nudi. adam scilicet et uxor eius. et non erubescebant.

Serpens autem erat callidior cunctis animantibus
terre que fecerat dominus deus. qui dixit mulieri.
cur precepit uobis deus ut non comederetis de omni
ligno paradisi. Cui respondit mulier. de fructu lignorum
que sunt in paradiso uescimur. de fructu autem ligni
quod est in medio paradisi precepit nobis deus ne
comederemus et ne tangeremus illud. ne forte moria
mur. Dixit autem serpens ad mulierem. nequaquam
morte moriemini. Scit enim deus quod in quocumq;
die comederitis ex eo aperientur oculi uestri. et eritis
sicut dii scientes bonum et malum. Uidit igitur mulier
quod bonum esset lignum ad uescendum. et pulchrum
oculis aspectuq; decorum. et tulit de fructu illius et
comedit. deditq; uiro suo qui comedit. Et aperti sunt
oculi amborum. cumq; cognouissent se esse nudos.
consuerunt folia ficus. et fecerunt sibi perizomata.
Cumque audissent uocem domini dei deambulantis
in paradiso. abscondit se adam et uxor eius a facie
domini dei in medio ligni paradisi. Et uocauit dominus
deus adam. et dixit ei. ubi es. Qui respondit. uocem
tuam audiui in paradiso. et timui. eo quod nudus
sum. et abscondi me. Cui dixit. quis enim indicauit
tibi quod nudus esses. nisi quod ex ligno de quo
precepi tibi ne comederes. comedisti. Dixit autem
adam. mulier quam dedisti mihi sociam. dedit mihi
de ligno. et comedi. Et dixit dominus deus mulieri.
quare hoc fecisti. Respondit mulier. serpens decepit
me. et comedi. Dixitq; dominus deus ad serpentem.
quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia
et bestias terre. super pectus tuum gradieris. et terram
comedes cunctis diebus uite tue. Inimicitias ponam
inter te et mulierem. et semen tuum et semen illius.
ipsa conteret caput tuum. et tu insidiaberis calcaneo
eius. Mulieri quoq; dixit. multiplicabo erumnas tuas
et conceptus tuos. in dolore paries filios. et sub uiri
potestate eris. et ipse dominabitur tui. Adae uero
dixit. quia audisti uocem uxoris tue. et comedisti de
ligno ex quo unum tibi precepi ne comederes. maledicta
terra in operibus tuis. in laboribus comedes ex ea
cunctis diebus uite tue. Spinas et tribulos germinabit
tibi. et comedes herbam terre. In sudore uultus tui
uesceris pane. donec reuertaris in terram de qua sumptus
es. quia puluis es. et in puluerem reuerteris. Et uocauit
adam nomen uxoris sue heua. eo quod mater cunctorum
uiuentium esset. Et fecit dominus deus adae et uxori
eius tunicas pelliceas. et uestiuit eos. Dixitq; dominus
deus. ecce adam quasi unus ex nobis factus est. sciens
bonum et malum. Nunc ergo ne forte mittat manum
suam. et sumat de ligno uite. et comedat. et uiuat in
eternum. Et emisit eum dominus deus de paradiso
uoluptatis. ut operaretur terram de qua sumptus est.
Ejecitq; adam. et collocauit ante paradisum uoluptatis
cherubim. et flammeum gladium atq; uersatilem ad
custodiendam uiam ligni uite.

Adam autem cognouit heuam uxorem suam. que
concepit et peperit cain. dixitq; possedi hominem per
deum. Et rursum peperit fratrem eius abel. Fuit
autem abel pastor ouium. et cain agricola. Factum est
autem post multos dies. ut offerret cain de fructibus
terre munera domino. et abel obtulit de primogenitis
gregis sui et de adipibus eorum. Et respexit dominus
ad abel et ad munera eius. ad cain autem et ad munera
illius non respexit. iratusque cain nimis. et concidit
facies eius. dixit dominus ad eum. quare iratus es.
et quare concidit facies tua. nonne si bene offeras.
bene autem non diuidas. peccasti. quiesce. ad te
conuersio eius. et tu dominaberis illius. Dixit autem
cain ad abel fratrem suum. egrediamur foras. Cumque
essent in agro. consurrexit cain aduersus abel fratrem
suum. et occidit eum. Dixitq; dominus ad cain. ubi
est abel frater tuus. Qui respondit. nescio. nunquid
custos fratris mei sum ego. Cui dominus. quid fecisti.
uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc
igitur maledictus eris super terram que aperuit os
suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.
quam si operatus fueris eam. non dabit fructum suum
amplius. Vagus et profugus eris super terram. Dixit
autem cain ad dominum. maior est iniquitas mea
quam ut ueniam meream. Ecce eicis me hodie a facie
tua. et a tua protectione abscondor. et ero profugus
et uagus in terra. omnis igitur qui inuenerit me
occidet me. Dixit autem ei dominus. nequaquam
ita fiet. sed omnis qui occiderit cain. septuplum
punietur. Et posuit dominus cain signum. ut non
interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Egressus
est igitur cain a facie domini. et habitauit profugus
in terra ad orientalem plagam eden. Cognouit autem
adam heuam uxorem suam. que concepit et peperit
enoch. et edificauit ciuitatem. et uocauit nomen ciuitatis
ex nomine filii sui enoch. Porro enoch genuit gaidad.
gaidad autem genuit malaleel. malaleel uero genuit
mathusale. mathusale genuit lamech. Qui accepit
duas uxores. nomen unius ada. et nomen alterius
sella. Peperitq; ada iabel. ipse fuit pater habitantium
tentoria atq; pastorum. Nomen fratris eius iubal.
ipse fuit pater canentium cithara et organo. Sella
quoque genuit tubalcain. qui fuit malleator et faber
in cuncta opera ferri. Soror tubalcain noema. Dixit
autem lamech uxoribus suis ada et sella. audite uocem
meam uxores lamech. auscultate eloquium meum.
quoniam occidi uirum in uulnus meum. et adolescentem
in liuorem meum. septuplum ultio cain. lamech
autem septuagies septies. Cognouit quoque adam
heuam uxorem suam. que peperit filium. et uocauit
nomen eius seth. dixitq; posuit mihi deus semen
aliud pro abel quem occidit cain. Sed et seth natus
est filius. quem uocauit enos. iste cepit inuocare
nomen domini.

Hic est liber generationis adam. In die qua creauit
deus hominem. ad similitudinem dei fecit illum.
masculum et feminam creauit eos. et benedixit illis.
et uocauit nomen eorum adam. in die quando creati
sunt. Uixit autem adam centum triginta annis. et
genuit ad similitudinem et imaginem suam. uocauitq;
nomen eius seth. Et facti sunt dies adam postquam
genuit seth. octingenti anni. et genuit filios et filias.
Et omnes simul dies adam fuerunt nongenti triginta
anni. et mortuus est. Uixit quoque seth centum
quinque annis. et genuit enos. Et uixit seth postquam
genuit enos septingentis annis. et genuit filios et filias.
Et omnes dies seth fuerunt nongenti duodecim anni.
et mortuus est. Uixit autem enos nonaginta annis.
et genuit cainan. Et uixit enos postquam genuit
cainan octingentis quindecim annis. et genuit filios
et filias. Et omnes dies enos fuerunt nongenti quinque
anni. et mortuus est. Uixit autem cainan septuaginta
annis. et genuit malaleel. Et uixit cainan postquam
genuit malaleel octingentis quadraginta annis. et
genuit filios et filias. Et omnes dies cainan fuerunt
nongenti decem anni. et mortuus est. Uixit quoque
malaleel sexaginta quinque annis. et genuit iared.
Et uixit malaleel postquam genuit iared octingentis
triginta annis. et genuit filios et filias. Et omnes dies
malaleel fuerunt octingenti nonaginta quinque anni.
et mortuus est. Uixit autem iared centum sexaginta
duobus annis. et genuit henoch. Et uixit iared
postquam genuit henoch octingentis annis. et genuit
filios et filias. Et omnes dies iared fuerunt nongenti
sexaginta duo anni. et mortuus est. Uixit quoque
henoch sexaginta quinque annis. et genuit mathusale.
Et placuit henoch deo. et translatus est in paradisum
ut det gentibus exemplum penitentie. Uixit autem
henoch postquam genuit mathusale trecentis annis.
et genuit filios et filias. Et omnes dies henoch fuerunt
trecenti sexaginta quinque anni. Et ambulauit henoch
cum deo. et non apparuit quia tulit eum deus. Uixit
autem mathusale centum octoginta septem annis.
et genuit lamech. Et uixit mathusale postquam genuit
lamech septingentis octoginta duobus annis. et genuit
filios et filias. Et omnes dies mathusale fuerunt
nongenti sexaginta nouem anni. et mortuus est.
Uixit autem lamech centum octoginta duobus annis.
et genuit filium. Et uocauit nomen eius noe. dicens.
iste requiescere nos faciet ab operibus nostris. et
a labore manuum nostrarum. in terra quam maledixit
dominus deus. Uixit autem lamech postquam genuit
noe quingentis nonaginta quinque annis. et genuit
filios et filias. Et omnes dies lamech fuerunt septingenti
septuaginta septem anni. et mortuus est. Cumque
esset noe annorum quingentorum genuit sem. cham.
et iafeth.

Postquam autem cepit homo multiplicari super
terram. et filie nate fuerunt eis. uidentes filii dei filias
hominum quod essent pulchre. acceperunt sibi uxores
ex omnibus quas elegerant. Dixitq; dominus. non
permanebit spiritus meus in homine istum. quia caro
est. erunt dies illius centum uiginti annorum. Gigantes
autem erant super terram in diebus illis. Postquam
enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum. illeq;
genuerunt. isti sunt potentes a seculo homines famosi.
Uidens autem dominus quod multa malitia hominum
in terra esset. et cuncta cogitatio cordis intenta ad
malum omni tempore. penituit eum quod hominem
fecisset in terra. et tactus dolore cordis intrinsecus.
Delebo inquit hominem quem creauit a facie terre.
ab homine usque ad animantia. a reptili usque ad
uolucres celi. penitet enim me fecisse eos. Noe autem
inuenit gratiam coram deo. Hec est generatio noe.
noe uir iustus atq; perfectus fuit in generationibus
suis. cum deo ambulauit noe. Genuitq; tres filios.
sem. cham. et iafeth. Corrupta est autem terra coram
deo. et repleta est iniquitate. Cumq; uidisset deus
terram esse corruptam. omnis enim caro corrumpebat
uiam suam super terram. dixit ad noe. finis uniuersae
carnis ascendit coram me. repleta est terra iniquitate
a facie eorum. et ego disperdam eos cum terra. Fac
tibi arcam de lignis leuigatis. mansiunculas in arca
facies. et bitumine linies eam intrinsecus et extrinsecus.
Et sic facies eam. trecentorum cubitorum erit longitudo
arce. quinquaginta cubitorum latitudo. et triginta
cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies.
et in cubito consummabis summitatem eius. Ostium
autem arce pones ex latere. deambulacra inferiora
et secunda et tertia facies in ea. Ego ecce adducam
diluuium aquarum super terram. ut interficiam omnem
carnem in qua spiritus uite est subter celum. Uniuersa
que in terra sunt consumentur. Ponamque fedus meum
tecum. et ingredieris arcam tu et filii tui. uxor tua
et uxores filiorum tuorum tecum. Et ex omnibus
animantibus uniuersae carnis. duo ex omni introduces
in arcam. ut uiuant tecum. masculini sexus et femine.
De uolucribus secundum genus suum. et de iumentis
in genere suo. ex omnibus que mouentur super terram
secundum genus suum. duo ex omnibus introibunt
tecum. ut uiuant. Tu autem tolle tibi ex omni esca
que manducari potest. et comportabis apud te. et erit
tam tibi quam illis ad uescendum. Fecit ergo noe
omnia que mandauerat ei dominus. Dixitq; dominus
ad noe. ingredere tu et omnis domus tua arcam. te
enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex
omni pecore mundo tolle septena et septena. masculum
et feminam. ex pecoribus autem immundis duo. masculum
et feminam. Sed et de uolucribus celi septena et septena.
masculum et feminam. ut saluetur semen super faciem
uniuersae terre. Adhuc enim et post dies septem ego
pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta
noctibus. et delebo omnem substantiam quam feci de
superficie terre. Fecit ergo noe omnia que mandauerat
ei dominus. Eratque sescentorum annorum noe cum
diluuium aquarum inundauit super terram. Et intrauit
noe et filii eius. uxor eius et tres uxores filiorum eius
cum eo in arcam. propter aquas diluuii. De animantibus
mundis et immundis. et de uolucribus et omnibus que
mouentur super terram. duo et duo ingressa sunt ad
noe in arcam. masculus et femina. sicut mandauerat
deus noe. Et factum est post septem dies. aque diluuii
inundauerunt super terram. anno sescentesimo uite
noe. mense secundo. septimodecimo die mensis. in die
illa rupti sunt omnes fontes abyssi magne. et cataracte
celi aperte sunt. Et facta est pluuia super terram
quadraginta diebus et quadraginta noctibus. In die
illa intrauit noe et sem. cham. et iafeth filii eius.
uxor noe. et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam.
ipsi et omne animal secundum genus suum. uniuersa
quoque iumenta in genere suo. et omne reptile quod
mouetur super terram in genere suo. cuncta quoque
uolatilia secundum genus suum. uniuersi uolucres
omnesque pennati. Ingressa sunt ad noe in arcam.
duo et duo ex omni carne in qua spiritus uite est.
Et que ingressa sunt masculus et femina ex omni carne
introierunt. sicut preceperat ei deus. et clausit dominus
post eum. Factum est autem diluuium quadraginta
diebus super terram. et multiplicate sunt aque. et
eleuate nimis. et operte sunt omnes montes excelsi
uniuersi sub toto celo. Quindecim cubitis altior
fuit aqua super montes quos operuerat. consumptaque
sunt omnia que mouebantur super terram. tam uolucres
quam iumenta. bestie. omnisque reptilium turba que
reptat super terram. uniuersi homines. Et cuncta in
quibus spiraculum uite est in terra mortua sunt.
Delevitque omnem substantiam que erat super terram.
ab homine usque ad pecus. tam reptile quam uolucres
celi. deleta sunt de terra. remansit autem noe solus
et qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aque
terram centum quinquaginta diebus. Recordatus
autem deus noe cunctorumque animantium et uniuersorum
iumentorum que erant cum eo in arca. adduxit spiritum
super terram. et inminutae sunt aque. Clausi sunt
fontes abyssi et cataracte celi. prohibitaque sunt
pluuia de celo. Reuersaque sunt aque de terra
euntes et redeuntes. Et cepere minui post centum
quinquaginta dies. Requieuitque arca mense septimo
uigesimo septimo die mensis super montes armeni.
Aque autem ibant et decrescebant usque ad decimum
mensem. decimo enim mense primo die mensis apparuerunt
cacumina montium. Factum est autem post quadraginta
dies. aperiens noe fenestram arce quam fecerat dimisit
corum. qui egrediebatur et non reuertebatur donec
siccarentur aque super terram. Emisit quoque columbam
post eum. ut uideret si iam cessassent aque super
faciem terre. Que non inueniens ubi requiesceret pedem
reuersa est ad eum in arcam. aquas enim adhuc totius
terre habebat. Et extendens manum apprehendit eam
et intulit ad se in arcam. Expectauit autem adhuc
alios septem dies. et rursum emisit columbam ex arca.
At illa uenit ad eum ad uesperam. portans ramum
olive. folia uidelicet in ore suo. Intellexit ergo noe
quod cessassent aque super terram. Expectauit adhuc
et alios septem dies. et emisit columbam. que non est
reuersa ultra ad eum. Factum est autem in anno
sescentesimo primo. primo mense. prima die mensis.
diminute sunt aque super terram. Et aperiens noe
tectum arce. uidit quod diminute essent aque super
faciem terre. Exiuitque columba. et reuersa est super
terram. Et egressus noe. uxor eius. filii eius. uxores
filiorum eius cum eo. Omnia animantia. omnia reptilia
et uolucres. et que mouentur super terram. secundum
genus suum egressa sunt de arca. Edificauit autem
noe altare domino. et tollens de cunctis pecoribus
mundis et de uolucribus mundis. obtulit holocausta
super altare. Odoratusque dominus odorem suauitatis.
dixit. non maledicam terre propter homines. sensus
enim humani et cogitationes proclives sunt ad malum
ab adolescentia sua. Non igitur ultra percutiam omnem
animam uiuentem sicut feci. Cunctis diebus terre
sementis et messis. frigus et caumata. estas et hiems.
nox et dies. non requiescent.

Benedixitque deus noe et filiis eius. Et ait. crescite
et multiplicamini. et replete terram. Terror uester
et pauor sit super cuncta animantia terre. et super
uniuersa uolatilia celi. cum omnibus que mouentur
super terram. et omnes pisces maris manui uestre
traditi sunt. Omne quod mouetur et uiuit. erit uobis
in escam. quasi olera uirentia tradidi uobis omnia.
Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.
Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de
manu cuncta bestie. et de manu hominis. de manu
uiri et fratris eius requiram animam hominis. Qui
effuderit humanum sanguinem. fundetur sanguis illius.
Ad imaginem enim dei creauit deum homo. Crescite
igitur et multiplicamini. egredimini super terram
et replete eam. Dixit deus ad noe et filios eius cum
eo. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum. et
cum semine uestro post uos. et cum omni anima
uiuente que uobiscum est. uolucribus. pecoribus.
et uniuersis bestiis terre. que egressa sunt de arca.
et cuncta animantia terre. Statuam pactum meum
uobiscum. et non interficietur ultra omnis caro aquis
diluuii. neque erit deinceps diluuium dissipans terram.
Dixitque deus. hoc signum fedus quod do inter me
et uos. et ad cunctas animas uiuentes que uobiscum
sunt in generationes sempiternas. Arcum meum
ponam in nubibus. et erit signum fedus inter me
et inter terram. Cumque obduxero nubibus celum.
apparebit arcus meus in nubibus. et recordabor
pactorum meorum que sunt inter me et uos. et omnem
animam uiuentem que carnem uiuificat. Non erunt
ultra aque diluuii ad delendam uniuersam carnem.
Erit arcus in nube. et uidebo illum. et recordabor
fedus sempiternum. quod pactum sit inter deum et
omnem animam uiuentem. uniuersamque carnem que
est super terram. Dixit ergo deus ad noe. hoc signum
fedus quod constituo inter me et omnem carnem que
est super terram. Filii autem noe qui egressi sunt de
arca. sem. cham. et iafeth. Cham ipse est pater chanaan.
Hos tres filios noe. isti diuisi sunt in uniuersam terram.
Cepitque noe uir agricola exercere terram. et plantauit
uineam. Bibensque uinum inebriatus est. et nudatus
in tabernaculo suo. Quod cum uidisset cham pater
chanaan. uerenda patris sui nudata nunciauit duobus
fratribus suis foris. Sem autem et iafeth pallium
imposuerunt humeris suis. et incedentes retrorsum
operuerunt uerenda patris sui. auersis uultibus ne
patris uerenda uiderent. Expergefactus autem noe
ex uino. cognouit quod filius suus minor fecisset ei.
et ait. maledictus chanaan puer. seruus seruorum
erit fratribus suis. Benedixitque sem et iafeth. Et
ait. benedictus dominus deus sem. sit chanaan seruus
eius. Dilatet deus iafeth. et habitet in tabernaculis
sem. sit chanaan seruus eius. Uixit autem noe post
diluuium trecentis quinquaginta annis. et facti sunt
omnes dies eius nongenti quinquaginta anni. et mortuus
est.

Hec sunt generationes filiorum noe. sem. cham. et
iafeth. Nati sunt eis filii post diluuium. filii iafeth.
gomer. magog. madai. iauan. thubal. mosoch. et
thiras. filii gomer. aschenez. riphath. et thogorma.
filii iauan. elisa. et tharsis. cetthim. et dodanim.
Ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis.
unusquisque secundum linguam suam. et familias
suas in gentibus singulis. Filii cham. chus. mesraim.
phut. et chanaan. Filii chus. saba. euilath. sabatha.
regma. et sabathacha. filii regma. saba. et dadan.
Porro chus genuit nemrod. ipse cepit esse potens
in terra. Et erat robustus uenator coram domino.
Unde exiuit prouerbium. quasi nemrod robustus
uenator coram domino. Fuit autem principium regni
eius babylon. et arach. et archad. et chalanne in terra
sennaar. De terra illa egressus est assur. et edificauit
niniuen. et plateas ciuitatis. et chalach. et resen inter
niniuen et chalach. ciuitatem magnam. Mesraim
autem genuit ludim. et anamim. et laabim. et nephthuim.
et phetrusim. et chasluim. de quibus egressi sunt
philistiim. et caphthorim. Porro chanaan genuit
sidonem primogenitum suum. et hetheum. et iebuseum.
et amorreum. et gergeseum. et euheum. et aracheum.
et sineum. et aradium. et samareum. et amathiim.
Et postea dispersa sunt cognationes chanaanorum.
Fuitque terminus chanaanorum a sidone gerare usque
gazam. donec ueneris sodomam. et gomorram. et
adamam. et seboim usque lasa. Hii filii cham in
familiis suis. et linguis suis. in regionibus et gentibus
suis. Filii autem sem. elam. et assur. et arphaxad.
et lud. et aram. Filii aram. hus. et ul. et gether. et
mes. Arphaxad autem genuit sale. sale uero genuit
heber. Et nati sunt heber duo filii. nomen uni phaleg.
eo quod in diebus eius diuisa sit terra. et nomen
fratris eius iectan. Iectan autem genuit elmodad.
et saleph. et asarmoth. et iare. et aduram. et uzal.
et decla. et ebal. et abimahel. et saba. et ophir. et
euilath. et iobab. Omnes isti filii iectan. Habitauit
autem in mesa. donec ueneris sephar montem orientalem.
Hii filii sem in familiis suis. et linguis suis. in regionibus
et gentibus suis. Hii filii noe in familiis suis. et in
gentibus suis. Ab his diuise sunt gentes in terra post
diluuium.

Erat autem terra labii unius. et sermonum eorum
uocabulorum. Cumque proficiscerentur de oriente.
inuenerunt campum in terra sennaar. et habitauerunt
in eo. Dixitque alter ad proximum suum. uenite.
faciamus lateres. et coquamus eos igni. Habuerunt
autem lateres pro saxis. et bitumen pro cemento.
Et dixerunt. uenite. faciamus nobis ciuitatem et
turrem. cuius culmen penetret celos. et celebremus
nomina nostra antequam dispergamur in uniuersas
terras. Descendit autem dominus ut uideret ciuitatem
et turrem quam edificabant filii adam. Et dixit.
ecce unus est populus. et unum labium omnibus.
cepereque hoc facere. nec desistent a cogitationibus
suis donec eas opere perficiant. Uenite igitur. descendamus
et confundamus ibi linguam eorum. ut non audiat
unusquisque uocem proximi sui. Et ita dispersit eos
dominus inde super faciem uniuersae terre. Et quieuerunt
ab edificanda ciuitate. Et idcirco uocatum est nomen
eius babel. quia confusum est ibi labium uniuersae
terre. et inde dispersit eos dominus super faciem
cunctarum regionum.

Hec est generatio sem. Sem centum annorum erat
cum genuit arphaxad. biennio post diluuium. Et
uixit sem postquam genuit arphaxad quingentis annis.
et genuit filios et filias. Arphaxad quinquagenarius
genuit sale. Et uixit arphaxad postquam genuit sale
quadringentis tribus annis. et genuit filios et filias.
Sale tricenarius genuit heber. Et uixit sale postquam
genuit heber quadringentis tribus annis. et genuit
filios et filias. Heber quadragenarius genuit phaleg.
Et uixit heber postquam genuit phaleg quadringentis
triginta annis. et genuit filios et filias. Phaleg
tricenarius genuit reu. Et uixit phaleg postquam
genuit reu ducentis nouem annis. et genuit filios et
filias. Reu tricenarius genuit sarug. Et uixit reu
postquam genuit sarug ducentis septem annis. et
genuit filios et filias. Sarug tricenarius genuit nachor.
Et uixit sarug postquam genuit nachor ducentis annis.
et genuit filios et filias. Nachor nonagenarius genuit
thare. Et uixit nachor postquam genuit thare centum
decem et nouem annis. et genuit filios et filias. Thare
septuagenarius genuit abram. nachor. et aran. Hec
est generatio thare. Thare genuit abram. nachor.
et aran. Aran autem genuit loth. Mortuus est aran
ante thare patrem suum in terra nativitatis sue. in
ur chaldeorum. Sumpserunt autem abram et nachor
uxores. nomen uxoris abram sarai. et nomen uxoris
nachor melcha. filia aran patris melche et patris
iescha. Erat autem sarai sterilis. non habens liberos.
Tulit ergo thare abram filium suum. et loth filium
aran filii filium suum. et sarai nurum suam uxorem
abram filii sui. et eduxit eos de ur chaldeorum. ut
irent in terram chanaan. Cumque uenissent usque
haran. habitauerunt ibi. Et facti sunt dies thare
ducentorum quinque annorum. et mortuus est in haran.

Dixit autem dominus ad abram. egredere de terra
tua. et de cognatione tua. et de domo patris tui. et
ueni in terram quam monstrabo tibi. Faciamque te
in gentem magnam. et benedicam tibi. et magnificabo
nomen tuum. erisque benedictus. benedicam benedicentibus
tibi. et maledicam maledicentibus tibi. et benedicentur
in te uniuerse cognationes terre. Egressus igitur
abram sicut locutus est ei dominus. et ibat cum eo
loth. Septuagenarius erat abram cum egrederetur
de haran. Tulitque sarai uxorem suam. et loth filium
fratris sui. uniuersamque substantiam quam possederant.
et animas quas fecerant in haran. Et egressi sunt
ut irent in terram chanaan. Cumque uenissent in
terram chanaan. pertransiit abram terram usque ad
locum sichimorum. usque ad conuallem illustrem.
Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuit autem
dominus abram. et dixit. semini tuo dabo terram
hanc. Qui edificauit ibi altare domino qui apparuerat
ei. Inde transgressus ad montana que sunt contra
orientem bethel. tetendit tabernaculum suum. habens
bethel ad occidentem. et hai ad orientem. Edificauitque
ibi altare domino. et inuocauit nomen eius. Et
proficiscens abram perrexit ad montem australem.
Fames autem ingrauescente in terra. descendit abram
in egyptum. ut peregrinaretur ibi. Et cum prope
iam esset ut intraret egyptum. dixit ad sarai uxorem
suam. noui pulchram mulierem esse te. et cum uiderint
te egyptii. dicent. uxor huius est. me autem occident.
te uero reservabunt. Dic ergo quaeso ut soror mea
sis. ut bene sit mihi propter te. et uiuat anima mea
propter te. Cumque introisset abram egyptum. uidere
egyptii mulierem quod esset pulchra nimis. Et nunciauerunt
principibus pharaonis. et laudauerunt eam apud illos.
Et sublata est mulier in domum pharaonis. Abram
autem bene usi sunt propter illam. Et fuit ei oues.
et boues. et asini. et serui. et ancille. et asine. et
cameli. Flagellauit autem dominus pharaonem plagis
maximis. et domum eius. pro sarai uxore abram.
Quem uocauit pharao. et dixit. quare non nunciasti
mihi quod uxor tua esset. Cur dixisti. soror mea est.
ut tollerem eam mihi in uxorem. Nunc igitur uxor
tua sit. tolle eam. et uade. Mandauitque pharao
super abram uiris. et deduxerunt eum et uxorem
illius. et omnia que habebat.

Ascendit ergo abram de egypto ipse et uxor eius.
et omnia que possidebat. et loth cum eo. ad austrum.
Erat autem diues ualde in possessione auri et argenti.
Reuersusque est per uiam qua uenerat. a meridie
usque bethel. ad locum in quo prius fixerat tabernaculum
inter bethel et hai. ad locum altaris quod fecerat
ibi prius. Et inuocauit ibi nomen domini. Habebat
autem et loth qui ibat cum abram oues et boues.
et tentoria. Et non capiebat eos terra ut habitarent
simul. Erat enim substantia eorum grandis. et non
poterant habitare pariter. Unde orta est rixa inter
pastores pecorum abram et pastores pecorum loth.
Chananeus autem et pherezeus habitabant tunc in
terra. Dixit ergo abram ad loth. ne quaeso sit iurgium
inter me et te. et inter pastores meos et pastores tuos.
quia homines fratres sumus. Nonne tota terra coram
te est. recede a me obsecro. si tu ad sinistram ibo
ad dexteram. si tu ad dexteram ego ad sinistram.
Eleuans igitur loth oculos suos uidit omnem circa
regionem iordanis. quae uniuersa irrigabatur antequam
subuerteret dominus sodomam et gomorram. sicut
paradisus dei. et quasi uenies aegypti. usque dum
ingrediaris syoar. Elegit sibi loth regionem iordanis.
et profectus est ab oriente. Et diuisi sunt fratres
alter ab altero. Abram habitauit in terra chanaan.
loth autem habitauit in ciuitatibus regionis circa
iordanem. et tendebat tabernacula usque sodomam.
Erant autem uiri pessimi et peccatores coram domino
nimis. Dixit autem dominus ad abram. postquam
separatus est loth ab eo. leua oculos tuos et uide
de loco in quo nunc es. ad aquilonem et meridiem.
ad orientem et occidentem. Omnem terram quam
conspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum.
Et faciam semen tuum tamquam puluerem terre.
si quis potest hominum numerare puluerem terre.
et semen tuum numerabitur. Surge et perambula
terram in longitudine sua et latitudine. quia tibi
dabo eam. Mouens igitur abram tabernaculum suum
uenit habitauit iuxta conuallem mambre que respicit
hebron. Et edificauit ibi altare domino.

Factum est autem in diebus amraphel regis sennaar.
arioch regis pontici. chodorlahomor regis elamitarum.
et thadal regis gentium. fecerunt bellum contra bara
regem sodomorum. et contra bersa regem gomorre.
contra semeber regem adamorum. et contra semebor
regem seboim. et contra regem balach. ipsa est segor.
Omnes isti uenerunt in unum conuallem siluestrem.
ipsa est mare salis. Duodecim enim annis seruierant
chodorlahomor. et anno decimo tertio recesserant
ab eo. Igitur anno decimo quarto uenit chodorlahomor
et reges qui erant cum eo. et percusserunt raphaim
in astaroth carnaim. et zuzim cum eis. et emim in
ciuitate arbee. et horreos in monte seir usque ad
terebinthum pharan. quae est in deserto. Reuersi
sunt autem et uenerunt ad fontem iudicii. ipse est
cades. et percusserunt omnem regionem amalechitarum.
sed et amorreum habitantem in asasonthamar. Egressi
sunt autem rex sodomorum et rex gomorre. et rex
adamorum. et rex seboim. et rex balach. ipsa est segor.
et direxerunt contra eos aciem in conuallem siluestrem.
contra chodorlahomor regem elamitarum. et thadal
regem gentium. et amraphel regem sennaar. et arioch
regem ponticum. quattuor reges contra quinque.
Conuallis autem siluestris habebat puteos multos
bituminis. Fugerunt autem rex sodomorum et gomorre.
et cecidit ibi. Et qui remanserant fugerunt ad montana.
Tulerunt autem omnem substantiam sodomorum et
gomorre. et uniuersas escas. et abierunt. Et abierunt
abram filium fratris eius habitantem sodomis. et
substantiam illius. et ipse sedebat in porta sodomorum.
Et nunciauerunt abram fugam regum. Qui collecta
manu electorum suorum trecentorum decem et octo
uernaculorum. persecutus est eos usque dan. Et
diuisit contra eos nocte. ipse et serui eius. et percussit
eos. et persecutus est usque hoba. que est

z. non uiuunt que enim in ꝑfundo sepe siant
pisces leuent non numeris egredi sup terras solent
maxime cum ferus sitiam z uicum.

Mul. Et sum z uespe mane dicel q. mane fuit
ingrato in babiloniam anno ei tapuminate ppl'
leuit in pegno anno locarcul. z porrgatur her cant
usq; hd aduentum xpi. i. quinta dclmatio. s. de
iuuentute ad senectutem non dum senectus. si
iam iuuentus. h; senioris etas quis gren prelutten
uorant. Jam senex apud eos non ꝑbet si ge
ron dr z reuerti sit ista
etas a regni robore in Quinta distinc
chnatu. z tinea. z in ꝑpl' QUINTUS.
udeor. ut homo a iuuen
tute dr senex. que bene a DIXIT quo
petur dies quinto quo fm ꝙ deus.
sunt animalia in aquis.
z uolatilia cli postea qm
uite genesi tanquis in ma
ri uiuere aptum sectem in terram z mistabi
lem sicut auel uolarel. ibi ceti. i. bisces
magni qui magis dominant fluctibz sili qui in
stpuuiate seruire ꝓuenerunt. nullo enim tpo
re ad ydolatriam depuem sunt. Vbi adiuncta
q. benedixit deus animalia dicens. Crescite z mul
tiplicamini. z. r. a. m. z. Q. tua gens uidecoram
p genes chpsti uelde multiplicata. z huius dei
i. huic creat. qui uespe. z multiplicabit ꝓtez. in
ꝑpl' uidedz. quia sicut cetera sunt ut nec possit
cognoscere xpm.

Mox. Inquit
uelphemens quinto die in aquis. tuc uolucres sili
tanquis in aquis manu operi ꝑ utilitatem dant
ne soecatus. z de corpalib; agitationib; que ad
mene. i. hanc unam partem ꝑtinere animaz
uiuez. repalia. i. opa que ꝑsunt animal uiuis. z
reos magnos. i. fortissima alagrationes quib; sluc
tus sili durumpuntur. z contemptuntur.
uolatilia cli. i. uolucres celestia ꝓcellentes.

Producat terra. i. i.
g. s. Post celum repletum
sceleribz. z decem uoluntatibz
qui ꝑ uiginti celum no
minatur. post impietat
animalibz. sunt sicut dicit in
cane sunt. consequenter erat
terra. sunt animalibz. ꝑple
ri. z ꝑpl' enim cognatione
hr cum aquis. sine quib
tur. z fluctu. z unguatione

Su fine ꝑfectionis
ta.
p PRODU
cam absumel
cat terra am
ab opibz mortis.
mina uiuen
tem MAM MIC
Vsram uni
tatis sue.
tem IN GE

Producat in suo gne dicit. Vt ꝑ determinatu discretionem fructificare possit. z
fuerit. z. A. l. gen sunt. i. gnat. i. ꝑ distinctionem gnium.

a accepisse. sm autem cetaceos ꝑtinet cum corpus unius
sugendi sensus obtundatur. qua motus pigretat qui
ex cetore in. z corpulentum ignis aerem. aer humorem.
z humor terra affiat subtilioribz. assiduis penetratio
bz. Aer & supior. quia ab celestem pnem et prem ut q
nullum hr insibilem habitatorem. neq; pter nullis
z celo nominato. ut annumerat in creatis animal
ibz. Inferior non ut ex aquis accepit animalia.
Quod enim ex humidum z. auel sustinent q
ntantur pennis uolantes. ut pisces quibzdam
sunt alis natantes. Sm ex aquis dr ꝑducta uo
latilia. aquatica enim natura bpetuum loum
sortita. inferiorem in unda labii supiorem in au
ra stabili. sluia natura. huic uolatilibz. Ex
h elemento duo sensus animalibz dantur. olfactus
ue poribz. gustus. explorandis liquoribz. Quod
enim tactu aquatilis uel cetos q sentimus. Hinc z quod
solida terre omnibz clementis nascentur. Sz in huc
modis. sentat amplius.

Hortantium quosdam philosophos tm sua
tuisz elementa dilbuisse animalia. ut terra
dicerent. non ꝙ que in terra repunt aut gra
diuntur. Sz z auel que in aera requiescunt. aera
animalia demones & celestia dos quos nos ꝓ
luminaria. ꝓtem angelos dicimus. sdem tamen
aquis pisces. z genera sua bestias dicunt. ut animal
ibz sua. nullum uel aera elementum.

Beda. Demones aeria dr animalia. qui cor
pum aeriz naturam uigent. nec ꝑ mortem dissolui.
q; pueliet in ea elementum aptus ad stagendum q;
ad pascendum. Ad pascendum enim humor. z hu
mus ad stagendum aer. z ignis. transgressiones
ꝙ angel. cum principe suo ne diabolo. mut arch an
gelo. si fuerunt ante transgressionem suam in pun
non permanebit spiritus meus in ho
minibus istis in eternum quia caro
sunt. erunt dies illorum centum
uiginti annorum. Gigantes autem
erant super terram in diebus illis.
Postquam enim filii dei introibant
ad filias hominum. & illę generabant
sibi. isti sunt potentes a seculo homines
famosi. Videns autem dominus quod
multa malitia hominum in terra es
set. & cuncta cogitatio cordis intenta
ad malum omni tempore. penitu
it eum quod hominem fecisset in terra
& tactus dolore cordis intrinsecus.
Delebo inquit hominem quem creaui
a facie terre. ab homine usq; ad pe
cora. a reptilibus usq; ad uolucres
celi. penitet enim me fecisse eos.
Noe autem inuenit gratiam coram
domino. Hi sunt generationes noe.
Noe uir iustus atq; perfectus fuit in
generationibus suis. cum deo ambu
lauit noe. Et genuit tres filios sem
cham & iafeth. Corrupta est autem
terra coram deo. & repleta est iniqui
tate. Cumq; uidisset deus terram
esse corruptam. omnis enim caro
corruperat uiam suam super terram
dixit ad noe. Finis uniuersę carnis
ascendit coram me. repleta est terra
iniquitate a facie eorum. & ego dis
perdam eos cum terra. Fac tibi ar
cam de lignis leuigatis. mansiunculas
facies in arca. & bitumine linies in
trinsecus & extrinsecus. Et sic facies
eam. trecentorum cubitorum longi
tudo arcę. quinquaginta latitudo.
triginta altitudo. Fenestram in arca
facies. & in cubito consummabis
summitatem. Ostium autem arcę
pones ex latere. deorsum cenacula &
tristega facies in ea. Ego ecce adducam
aquas diluuii super terram. ut in
terficiam omnem carnem in qua spi
ritus uitę est subter celum. uniuersa
quę in terra sunt consumentur. Ponam
autem fedus meum tecum. & ingre
dieris arcam tu & filii tui. uxor tua
& uxores filiorum tecum. Et ex
omni animante carnis bina induces
in arcam ut uiuant tecum. masculi
num & femine sint. De uolucribus
in genere suo. & de iumentis in ge
nere suo. & de omni reptili terre
in genere suo. bina de omnibus in
gredientur tecum ut uiuant. Tu
autem tolle tibi de cunctis escis
quę manducantur. & comportabis
apud te. & erunt tibi & illis in cibum.
Fecit noe omnia quę præceperat ei
dominus. Et ait dominus ad eum.
Ingredere tu & omnis domus tua
arcam. Te enim uidi iustum coram
me in generatione hac. De cunctis
animantibus mundis tolle septena
septena mas & femina. De immundis
autem duo mas & femina. De uolu
cribus quoque celi septena septena
mas & femina. ut saluetur semen
super faciem uniuersę terre. Adhuc
enim & post dies septem ego pluam
super terram quadraginta diebus &
quadraginta noctibus. & delebo om
nem substantiam quam feci de terra.
Fecit noe omnia quę mandauit ei
dominus. Eratq; sescentorum annorum
quando diluuii aquę inundauerunt
super terram. Et intrauit noe & filii
eius uxor illius & uxores filiorum
eius cum eo in arcam. propter aquas
diluuii. De animantibus mundis &
immundis. & de uolucribus & uni
uersis quę mouentur super terram.
Duo & duo ingressa sunt ad noe in
arcam. masculus & femina. sicut
præceperat deus noe. Et factum est
post septem dies. aquę diluuii inun
dauerunt super terram. Anno sescen
torum uitę noe. mense secundo. sep
timodecimo die mensis. in die illa
rupti sunt omnes fontes abyssi magni
& cataractę celi aperte sunt. Et facta
est pluuia super terram quadraginta
diebus & quadraginta noctibus. In
articulo diei illius introierunt noe
& filii eius sem cham & iafeth. uxor
noe & tres uxores filiorum eius cum
eis in arcam. ipsi & omne animal
secundum genus suum. universum
quoque pecus in genere suo. & omne
quod mouetur super terram in ge
nere suo. cunctumque reptile quod
repit super terram in genere suo.
uniuersa quoque uolatilia secundum
genus suum. cuncta uolucres & omne
quod habet pennas. Ingressa sunt ad
noe in arcam bina & bina ex omni
carne in qua erat spiritus uitę. Et
quę introierunt masculus & femina
ex omni carne introierunt sicut præ
ceperat ei deus. Et inclusit eum dns
foris. Factum est autem diluuium
quadraginta diebus super terram.
Et multiplicate sunt aquę & eleua
uerunt arcam in sublime a terra.
Aquę autem uehementer inundauerunt
& repletum est omne quod apparebat
sub uniuerso celo. Quindecim cubitis
altior factus est super montes quos
operuerant aquę. Consumptaque est
omnis caro quę mouebatur super ter
ram. uolatilia & animantia & bestię
omnisque reptilium quę reptant super
terram. cuncti interierunt homines.
Et omnia in quibus spiraculum uitę
& spiritus uitę est in terra mortua
sunt. Et delebantur omnes substantię
quę erant super terram. a homine usq;
ad pecus. tam reptilia quam uolucres
celi. Et deleta sunt de terra. Remansit
autem noe & qui cum eo erant in ar
ca. Obtinuerunt autem aquę terram
centum quinquaginta diebus. Recor
datus autem deus noe cunctorum
animantium & uniuersorum iumen
torum quę erant cum eo in arca. in
duxit spiritum super terram & im
minutę sunt aquę. Et clausi sunt fon
tes abyssi & cataractę celi. prohibi
taque est pluuia de cęlo. Reuersę sunt
aquę de terra. euntes & redeuntes.
Et cęperunt minui post centum quin
quaginta dies. Requieuitque arca
mense septimo. uigesimo septimo die
mensis super montes armenię. Aquę
autem ibant & decrescebant usque ad
decimum mensem. Decimo mense
prima die mensis apparuerunt cacu
mina montium. Factum est autem
post quadraginta dies. aperiens noe
fenestram arcę quam fecerat dimisit
corvum. Qui egressus non reuertebatur
donec siccarentur aquę super terram.
Emisit quoque columbam post eum.
ut uideret si iam cessassent aquę super
faciem terre. Quę non inuenit ubi
requiesceret pes eius. & reuersa est ad
eum in arcam. Aquę enim erant super
uniuersam terram. Extendens manum
apprehendit eam. & intulit ad se in
arcam. Expectauit autem adhuc alios
septem dies. & rursum emisit colum
bam ex arca. Quę uenit ad eum ad
uesperam portans ramum olivę con
tritis foliis in ore suo. Intellexit ergo
noe quod cessassent aquę super terram.
Expectauit nihilominus & alios septem
dies. & emisit columbam quę non est
reuersa ultra ad eum. Anno igitur
sescentesimo primo. primo mense. una
mensis erant aquę super terram. Et
aperiens noe tectum arcę aspexit. &
uidit quod exaruisset superficies terrę.
Mense autem secundo. septimodecimo
die mensis. siccata est omnis terra.
Locutus est autem deus ad noe dicens.
Egredere de arca tu & uxor tua. filii
tui & uxores filiorum tecum. Cuncta
animantia quę sunt apud te ex omni
carne tam in uolucribus quam in be
stiis & uniuersis reptilibus quę repunt
super terram. educ tecum. & ingredi
antur super terram. crescant & multi
plicentur super eam. Egressus igitur
noe de arca. filii eius uxor & uxores
filiorum eius cum eo. Omnia animan
tia & uniuersa reptilia & uolucres
omnes quę mouentur super terram.
secundum familias suas egressa sunt
de arca. Ędificauit autem noe altare
domino. & tollens de cunctis pecori
bus & uolucribus mundis. obtulit
holocausta super altare. Odoratusque
dominus odorem suauitatis. Et ait
dominus. Non maledicam terre prop
ter homines. Sensus enim & cogitatio
humani cordis in malum prona sunt
ab adolescentia sua. Non igitur ultra
percutiam omnem animam uiuentem
sicut feci. Cunctis diebus terre. se
mentis & messis. frigus & æstus. hie
mps & ꝺ̃ nox non requiescent. Benedixit
quoque deus noe & filiis eius. Et ait
crescite & multiplicamini & replete
terram. Terror uester & tremor sit
super cuncta animantia terre. & uni
uersa uolatilia cęli. cum omnibus quę
mouentur super terram. omnes pisces
maris manui uestre traditi sunt. Et
omne quod mouetur & uiuit erit uo
bis in escam. quasi olera uirentia tra
didi uobis omnia. Excepto quod carnem
cum sanguine non comedetis. Sanguinem
quoque animarum uestrarum requi
ram de manu cuncti animantis & de
manu hominis. de manu uiri & fratris
eius requiram animam hominis. Qui
effuderit humanum sanguinem. fun
detur humanus sanguis. Ad imaginem
enim dei factus est homo. Vos autem
crescite & multiplicamini. egredimini
super terram & replemini eam. Dixit
quoque deus ad noe & ad filios eius
cum eo. Ego ecce constituam pactum
meum uobiscum & cum semine uestro
post uos. & cum omni anima uiuente
quę est uobiscum. uolucribus. pecori
bus. & uniuersis bestiis terre quę uo
biscum sunt. ex omnibus quę egressa
sunt de arca. cunctis animantibus
terre. Constituam pactum meum
uobiscum. & non interficietur ultra
omnis caro aquis diluuii. neque erit
ultra diluuium dissipans terram.
Dixitque deus. Hoc signum fœderis
quod do inter me & uos. & ad uni
uersas animas uiuentes quę uobiscum
sunt in generationes sempiternas.
Arcum meum ponam in nubibus. &
erit signum fœderis inter me & inter
terram. Cumque obduxero nubibus
cęlum. apparebit arcus meus in nubi
bus. & recordabor fœderis mei quod
pepigi uobiscum & cum omni anima
uiuente quę carnem uiuificat. Non
erunt ultra aquę diluuii ut disperdant
uniuersam carnem. Erit arcus in nu
bibus. & uidens eum recordabor fœ
deris sempiterni quod pactum sit inter
deum & omnem animam uiuentem
uniuersę carnis quę est super terram.
Dixit ergo deus ad noe. Hoc signum
fœderis quod constituo inter me & om
nem carnem quę est super terram.
Filii autem noe qui egressi sunt de
arca. sem cham & iafeth. Cham ipse
est pater chanaan. Tres isti filii noe.
& ab ipsis disseminatum est omne
genus hominum super terram. Cœpit
autem noe esse agricola. & plantauit
uineam. Bibensque uinum inebriatus
est. & nudatus in tabernaculo suo.
Quod cum uidisset cham pater chanaan
uerenda patris sui nudata esse. nun
tiauit duobus fratribus suis foris.
Sem autem & iafeth pallium imposue
runt humeris suis. & incedentes re
trorsum operuerunt uerenda patris
sui. Auersis uultibus ne patris sui
uerenda uiderent. Igitur noe expergi
scens ex uino. cognouit quę fecerat
filius suus minor. & ait. Maledictus
chanaan puer seruus erit fratribus
suis. Benedixitque sem & iafeth. Et
ait. Benedictus dominus deus sem.
sit chanaan seruus eius. Dilatet deus
iafeth. & habitet in tabernaculis sem.
sit chanaan seruus eius. Vixit autem
noe post diluuium trecentis quinqua
ginta annis. Et fuerunt omnes dies
eius nongenti quinquaginta anni. &
mortuus est. Hi sunt filii noe sem
cham & iafeth. Nati sunt eis filii post
diluuium. Filii iafeth gomer magog
madai iauan thubal mosoch & thiras.
Filii gomer aschenez riphath & thogor
ma. Filii iauan helisa & tharsis cetthim
& dodanim. Ab his diuisę sunt insulę
gentium in regionibus suis. unusquis
que secundum linguam suam & cogna
tiones suas in gentibus suis. Filii cham
chus mesraim phut & chanaan. Filii
chus saba euilath sabatha regma &
sabathacha. Filii regma saba & dadan.
Chus autem genuit nemrod. Ipse cœpit
esse potens in terra. Et erat robustus
uenator coram domino deo. Propterea
dicitur quasi nemrod robustus uenator
coram domino deo. Fuit autem principium
regni eius babylon & arach & achad &
chalanne in terra sennaar. De terra illa
egressus est assur & ędificauit niniuen
& plateas ciuitatis & chalach. Et resen
inter niniuen & chalach. hęc est ciuitas
magna. Mesraim autem genuit ludim
& anamim & laabim & nephthuim &
phetrusim & chasluim. unde egressi sunt
philistiim & caphthorim. Chanaan
autem genuit sidonem primogenitum
suum & hetheum & iebuseum & amo
reum & gergeseum & euheum & arche
um & sineum & aradium & samareum
& amathium. Et postea dispersę sunt
familię chanaanitarum. Fuitque ter
minus chanaan a sidone gerare usque
gasa. donec uenias sodomam & gomor
rham & adamam & seboim usque lasa.
Hi filii cham in cognationibus suis &
linguis suis. in regionibus & gentibus
suis. Sem quoque genuit patrem uni
uersorum filiorum heber. fratrem
iafeth maioris. Filii sem ælam & assur
& arphaxat & lud & aram. Filii aram
hus & ul & gether & mes. Arphaxat
autem genuit sale. Sale uero genuit
heber. Heber autem nati sunt duo filii
nomen uni phaleg. eo quod in diebus
eius diuisa sit terra. Et nomen fratris
eius iectan. Iectan genuit elmodad &
saleph & asarmoth & iare & aduram
& uzal & decla & ebal & abimahel &
saba & ophir & euilath & iobab. Omnes
isti filii iectan. Habitauit autem in
mesa. donec uenias sephar montem
orientalem. Filii sem in cognationibus
suis & linguis suis. in regionibus &
gentibus suis. Filii noe in generationibus
suis & populis suis. Ab his diuisę sunt
gentes in terra post diluuium.

Erat autem terra labii unius & sermo
num eorundem. Cumque proficiscerentur
de oriente. inuenerunt campum in terra
sennaar & habitauerunt in eo. Dixitque
alter ad proximum suum. Venite faci
amus lateres & coquamus eos igni. Et
habuerunt lateres pro saxis & bitumen
pro cemento. Et dixerunt. Venite ędi
ficemus nobis ciuitatem & turrem cuius
culmen penetret cęlum. & faciamus
nobis nomen antequam dispergamur
in uniuersas terras. Descendit autem
dominus ut uideret ciuitatem & turrem
quam ędificabant filii adam. Et dixit.
Ecce unus est populus & unum labium
omnium. cœperunt facere hoc nec de
sistent a cogitationibus suis donec eas
operibus compleant. Venite igitur des
cendamus & confundamus ibi linguam
eorum. ut non audiat unusquisque
uocem proximi sui. Et dispersit eos
dominus inde in uniuersas terras. Et
cessauerunt ędificare ciuitatem & tur
rem. Propterea uocatum est nomen
eius babel. quia ibi confusum est labium
uniuersę terre. & inde dispersit eos
dominus super faciem cunctarum re
gionum. Hi filii sem. sem centum anno
rum erat cum genuit arphaxat. bien
nio post diluuium. Vixitque sem post
quam genuit arphaxat quingentis an
nis. & genuit filios & filias. Arphaxat
quoque uixit triginta quinque annis &
genuit sale. Vixitque arphaxat post
quam genuit sale trecentis tribus annis
& genuit filios & filias. Sale uixit tri
ginta annis & genuit heber. Vixitque
sale post quam genuit heber quadrin
gentis tribus annis & genuit filios &
filias. Heber uixit triginta quatuor
annis & genuit phaleg. Vixitque heber
post quam genuit phaleg quadringentis
triginta annis & genuit filios & filias.
Phaleg uixit triginta annis & genuit
ragau. Vixitque phaleg post quam
genuit ragau ducentis nouem annis &
genuit filios & filias. Ragau uixit tri
ginta duobus annis & genuit saruch.
Vixitque ragau post quam genuit saruch
ducentis septem annis & genuit filios
& filias. Saruch uixit triginta annis &
genuit nachor. Vixitque saruch post
quam genuit nachor centum annis &
genuit filios & filias. Nachor uixit
uiginti nouem annis & genuit thare.
Vixitque nachor post quam genuit
thare centum decem & nouem annis &
genuit filios & filias. Thare uixit
septuaginta annis & genuit abram
nachor & aran. Hi filii thare. thare
genuit abram nachor & aran. Aran
autem genuit loth. Mortuus est aran
ante thare patrem suum in terra nati
uitatis suę in ur chaldeorum. Sumpse
runt autem abram & nachor uxores.
Nomen uxoris abram sarai. nomen
uxoris nachor melcha filia aran patris
melchę & patris iescha. Erat autem
sarai sterilis. non habens liberos. Tulit
igitur thare thare filium suum abram
& loth filium aran filium filii sui. &
sarai nurum suam uxorem abram filii
sui. & eduxit eos de ur chaldeorum.
ut irent in terram chanaan. Cumque
uenissent usque charran habitauerunt
ibi. Et completi sunt dies thare ducen
torum quinque annorum. & mortuus
est in charran. Dixit autem dominus
ad abram. Egredere de terra tua &
de cognatione tua & de domo patris
tui. & ueni in terram quam monstra
bo tibi. Faciamque te in gentem magnam
& benedicam tibi. & magnificabo nomen
tuum. erisque benedictus. benedicam
benedicentibus tibi & maledicam ma
ledicentibus tibi. & benedicentur in te
uniuersę cognationes terrę. Egressus
igitur abram sicut præceperat ei dns
ibat & loth cum eo. Septuagenarius
erat abram cum egrederetur de charran.
Tulitque sarai uxorem suam & loth
filium fratris sui. uniuersamque subs
tantiam quam possederant & animas
quas fecerant in charran. Et egressi
sunt ut irent in terram chanaan. Cum
que uenissent in eam pertransiit abram
terram usque ad locum sichimorum
usque ad conuallem illustrem. Chana
neus autem tunc erat in terra. Apparuit
autem dominus abram & dixit ei. Se
minis tui dabo terram hanc. Qui ędi
ficauit ibi altare domino qui apparuerat
ei. Inde transgressus ad montem contra
orientalem plagam bethel. tetendit ta
bernaculum habens bethel ad occiden
talem plagam & hai ad orientalem.
Ędificauitque ibi altare domino & in
uocauit nomen eius. Et perrexit abram
gradiens & tendens ad austrum. Fames
autem facta est in terra. Descendit
abram in ægyptum ut peregrinaretur
ibi. Grauis enim erat fames in terra.
Cumque prope fecisset ingredi ægyptum
dixit sarai uxori suę. Noui pulchram
mulierem esse te. Et cum uiderint te
ægyptii dicent. uxor illius est. Me
occident. te autem reservabunt. Dic
ergo soror mea es. ut bene sit mihi
propter te. & uiuat anima mea ob
gratiam tui. Cumque ingressus esset
abram ægyptum uidere ægyptii mulie
rem quod esset pulchra nimis. Et uide
runt eam principes pharaonis & laudauerunt
eam apud illum. Et ducta est mulier in
domum pharaonis. Abram autem bene
usus est propter illam. Et habuit oues
& boues & asinos & seruos & ancillas
& asinas & camelos. Flagellauit autem
dominus pharaonem plagis grauissimis
& domum eius. pro sarai uxore abram.
Quam ille tollens ad se dixit. Quid est
hoc quod fecisti mihi. cur non indicasti
mihi statim quia uxor tua est. Quam
ob causam dixisti. Soror mea est. ut
tollerem eam mihi in uxorem. Nunc
ergo uxor tua sit. tolle eam & uade.
Præcepitque pharao super abram uiris
suis. Et deduxerunt eum & uxorem
illius & omnia quę habebat. Ascendit
autem de ægypto ipse & uxor eius &
omnia quę habebat. & loth cum eo
ad austrum. Et locupletatus est abram
nimis in possessione auri & argenti.
Reuersusque est per uiam qua uenerat
de austro usque bethel. ad locum ubi
prius fuerat tentorium eius inter bethel
& hai. ad locum altaris quod fecerat
ibi prius. Et inuocauit ibi nomen do
mini. Habebat autem & loth qui pro
fectus fuerat cum abram oues & boues
& tentoria. Et non capiebat eos terra
ut habitarent simul. Erat enim facultas
eorum grandis. & habitare non poterant
pariter. Vnde orta est rixa inter pasto
res pecorum abram & pastores pecorum
loth. Porro chananeus & pherezeus
habitabant tunc in terra. Dixit ergo
abram ad loth. Ne quęso sit rixa inter
me & te & inter pastores meos & pas
tores tuos. Fratres enim nos sumus.
Nonne uniuersa terra coram te est.
Recede a me obsecro. Si ad sinistram
ero dextera. si dextera fuero ego ad
sinistram. Et eleuans loth oculos suos
uidit omnem circa regionem iordanis
quę uniuersa irrigabatur antequam
subuerteret dominus sodomam & go
morrham. sicut paradisus dei & quasi
terra ægypti uenienti contra syriam.
Separauit se igitur loth ab eo. Et
tetendit tentoria sua usque sodomam.
Homines autem pessimi erant & pec
catores coram deo nimis. Habitauit
autem loth in ciuitatibus quę circa
sunt. & tendebat tentoria sua usque
sodomam. Habitabant autem sodomite
in ciuitate. Dixit autem dominus ad
abram. Separato loth ab eo. Leua
oculos tuos & uide de loco in quo nunc
es. ad aquilonem & ad meridiem. ad
orientem & ad occidentem. Omnem
terram quam uides tibi dabo & semini
tuo usque in sempiternum. Et ponam
semen tuum sicut puluerem terrę. Si
quis potest numerare puluerem terrę.
semen tuum numerabitur. Surge &
perambula terram in longum & latum.
Tibi enim dabo eam. Mouit igitur
abram tentoria sua & uenit habitauit
iuxta conuallem mambre quę respicit
hebron. Ędificauitque ibi altare do
mino. Factum est autem in diebus
amraphel regis sennaar. arioch regis
pontici. chodorlahomor regis elamitarum
& thadal regis gentium. Hi fecerunt
bellum contra bara regem sodomorum
& contra bersa regem gomorrhę & contra
semeber regem adamę & contra semi
ber regem seboim & contra regem bale
quę est segor. Omnes isti uenerunt in
unum conuallem siluestrem quę est
salis stagnum. Duodecim annis seruie
runt chodorlahomor & in tertio decimo
anno recesserunt. Quarto decimo igitur
anno uenit chodorlahomor & reges qui
cum eo erant. & percusserunt raphaim
in astaroth carnaim & zuzim cum eis
& emim in ciuitate arbe & horreos in
monte seir usque ad terebinthum pha
ran quę est in deserto. Reuersi sunt
autem & uenerunt ad fontem iudicii
qui nunc dicitur cades. & percusserunt
omnem regionem amalechitarum. sed
& amorreum habitantem in asasonthamar.
Egressi sunt autem rex sodomorum &
rex gomorrhę & rex adamę & rex seboim
& rex bale quę est segor. & ordinauerunt
contra eos bellum in ualle siluestri.
contra chodorlahomor regem elamitarum
& thadal regem gentium & amraphel
regem sennaar & arioch regem ponti
corum. quattuor reges contra quinque.
Vallis autem siluestris habebat puteos
multos bitumine. Fugerunt autem rex
sodomorum & gomorrhę & ceciderunt
ibi. Et qui remanserant fugerunt ad
montem. Tulerunt autem omnem sub
stantiam sodomorum & gomorrhę &
uniuersas escas & abierunt. Et abram
filium fratris eius & substantiam illius
abeuntes. Habitabat enim tunc in so
doma. Venit autem unus qui effugerat
& nuntiauit abram hebreo. qui habi
tabat iuxta conuallem mambre amorrhei
fratris escol & fratris aner. Hi enim
erant pactum habentes cum abram.
Quod cum audisset abram. captiuum
fratrem suum. numerauit expertos ser
uos trecentos decem & octo. & persecutus
est eos usque dan. Et diuisis contra eos
seruis suis nocte percussit eos & perse
cutus est usque hoba quę est ad sinistram
damasci. Et reduxit uniuersam substan
tiam. sed & loth fratrem suum cum
substantia illius mulieres quoque & po
pulum. Egressus est autem rex sodomo
rum in occursum eius. postquam reuersus
est a cede chodorlahomor & reges qui
cum eo erant. in ualle quę uocatur
save. hoc est regia. Melchisedech autem
rex salem proferens panem & uinum.
erat enim sacerdos dei altissimi. Be
nedixit abram & ait. Benedictus abram
deo excelso qui creauit cęlum & terram.
& benedictus deus excelsus qui protexit
hostes tuos de manibus tuis. Et dedit
ei decimas ex omnibus. Dixitque rex
sodomorum ad abram. Da mihi animas
quas tulisti mecum. cętera tolle tibi.
Ait abram. Leuo manum meam ad do
minum deum excelsum possessorem cęli
& terrę. A filo subtegminis usque ad
corrigiam calciamenti non accipiam ex
omnibus quę tua sunt. ne dicas. Ego
ditaui abram. Excepta tantum esca
rum quas comederunt iuuenes. & por
tiones uirorum qui uenerunt mecum.
aner & escol & mambre. isti accipient
partes suas. Post hęc factus est sermo
domini ad abram per uisionem dicens.
Ne timeas abram. Ego protector tuus
sum & merces tua magna nimis. Dixit
autem abram. Domine deus quid mihi
daturus es. Ego uidelicet dimittam sine
liberis. & filius procurationis domus
meę iste damascus eliezer. Et ait abram.
Mihi autem non dedisti semen. & ecce
uernaculus meus hęres meus erit. Statim
uox domini facta est ad eum dicens.
Non erit hic hęres tuus. sed qui egredie
tur de utero tuo. hic hęres tuus erit.
Eduxitque eum foras & ait. Suspice
cęlum & numera stellas si potes. Et
dixit ei. Sic erit semen tuum. Credidit
abram deo. & reputatum est ei ad iusti
tiam. Dixit quoque ad eum. Ego dominus
qui eduxi te de ur chaldeorum. ut darem
tibi terram hanc & possideres eam.
At ille ait. Domine deus unde scire
possum quod possessurus sim eam.
Respondit dominus. Sume mihi uitulam
trimam & capram trimam & arietem
trimum. turturem quoque & columbam.
Qui tulit omnia hęc & diuisit per me
dium. & contulit partem contra partem
suam. Aues autem non diuisit. Descen
dit autem auis super cadauera. & con
sedit abram cum eis. Et ecce horror
magnus & tenebrosus inuasit eum.
Dictumque est abram. Scito prænosce
quod peregrinum futurum sit semen
tuum in terra non sua. & seruient ibi
& affligent eos quadringentis annis.
Sed & gentem cui seruient ego iudicabo.
Et post hęc egredientur cum substantia
multa. Tu autem ibis ad patres tuos
in pace. sepultus in senectute bona.
Generatione autem quarta reuertentur
huc. Nondum enim completa sunt pec
cata amorrhęi usque ad præsentem
diem. Cumque occubuisset sol & tenebre
factę essent. apparuit clibanus fumans
& lampas ignis transiens inter diuisa
animalia. In die illa pepigit dominus
fœdus cum abram dicens. Semini tuo
dabo terram hanc a fluuio ægypti usque
ad fluuium magnum euphraten. Cinęos
& cenezeos & cedmonęos & hetheos &
pherezeos & raphaim & amorrhęos &
chananeos & gergeseos & iebuseos.

Sarai autem uxor abram non pariebat
liberos. habens ancillam ægyptiam
agar nomine. Dixit ergo sarai ad abram.
Ecce conclusit me dominus ne pariam.
ingredere ad ancillam meam. forsitan
saltem ex illa filios suscipiam. Cui
cum consensisset abram. Tulit sarai
agar ægyptiam ancillam suam post
decem annos habitationis abram in
terra chanaan. & dedit eam uiro suo
uxorem. Ingressus est autem ad agar
& concepit. Quę cum se uidisset con
ceptam. despexit dominam suam. Dixit
autem sarai ad abram. Iniuria tua sit
super me. Ego dedi ancillam meam in
sinum tuum. quę uidens se concepisse
contempta sum ab ea. Iudicet dominus
inter me & te. Cui respondit abram.
Ecce ancilla tua in manibus tuis est.
utere ea ut libet. Et cum afflixisset eam
sarai. fugit illa. Inuenit autem eam
angelus domini iuxta fontem aquę in
deserto. qui est in uia shur. Et dixit
ei. Agar ancilla sarai. unde uenisti &
quo uadis. Quę respondit. A facie do
minę meę sarai ego fugio. Dixit autem
ei angelus domini. Reuertere ad dominam
tuam & humiliare sub manibus illius.
Et rursum. Multiplicans multiplicabo
semen tuum. & non numerabitur præ
multitudine. Et ait. Ecce concepisti &
paries filium. uocabisque nomen eius
ismahel. eo quod audierit dominus
afflictionem tuam. Ipse erit homo agrestis.
manus eius contra omnes. & manus
omnium contra eum. & e regione uni
uersorum fratrum suorum figet tabernacula.
Vocauit autem nomen domini qui locutus
est ad eam. tu deus qui uidisti me. Et
dixit. Etenim hic uidi posteriora uidentis
me. Propterea uocauit puteum. Puteum
uidentis uiuentis & mei. Ecce inter
cades & barad. Peperit autem agar
abram filium. Vocauitque abram nomen
filii sui quem genuit agar ismahel.
Octoginta sex annorum erat abram
cum genuit ismahel agar.

Cumque abram nonagesimo nono anno
esset. apparuit ei dominus. Et dixit
ei. Ego deus omnipotens. ambula co
ram me & esto perfectus. Et ponam
pactum meum inter me & te. & multi
plicabo te nimis. Cecidit abram pronus
in terram. Et locutus est deus ad eum
dicens. Ego ecce pactum meum tecum.
& eris pater multarum gentium. Non
uocabitur ultra nomen tuum abram.
sed erit nomen tuum abraham. quia
patrem multarum gentium constitui te.
Et faciam te crescere quam maxime.
& ponam te in gentibus. Reges ex te
egredientur. Et statuam pactum meum
inter me & te. & inter semen tuum post
te in generationibus suis. fœdere sempi
terno. ut sim deus tuus & seminis tui
post te. Et dabo tibi & semini tuo terram
peregrinationis tuę omnem terram cha
naan in possessionem perpetuam. & ero
deus eorum. Dixit quoque deus ad abra
ham. Et tu ergo custodies pactum meum
& semen tuum post te in generationibus
suis. Hoc est pactum meum quod obser
uabitis inter me & uos & semen tuum
post te. Circumcidetur ex uobis omne
masculinum. & circumcidetis carnem
præputii uestri. ut sit in signum fœderis
inter me & uos. Puer octo dierum circum
cidetur ex uobis omne masculinum in
generationibus uestris. Tam uernaculus
quam emptitius. qui non fuerit de semine
tuo. Circumcisione circumcidetur uer
naculus domus tuę & emptitius pecunię
tuę. Erit pactum meum in carne uestra
fœdus æternum. Masculus cuius præpu
tii caro circumcisa non fuerit. delebitur
anima illa de populis suis. quia pactum
meum irritum fecit. Dixit quoque deus
ad abraham. Sarai uxorem tuam non
uocabis nomine eius sarai. sed sara
erit nomen eius. Benedicam ei & de
illa dabo tibi filium. benedicamque ei
& erit in nationes. reges populorum
orientur ex illa. Cecidit abraham in
faciem suam & risit. Dixitque in corde
suo. Putasne centenario nascetur filius.
& sara nonagenaria pariet. Et ait ad
deum. Ismahel coram te uiuat. Dixit
autem deus. Sara uxor tua pariet tibi
filium. & uocabis nomen eius isaac.
Et constituam pactum meum illud
apud eum fœdus sempiternum. & semen
eius post eum. Et pro ismahel exaudiui
te. Ecce benedicam ei & crescere faciam
& multiplicabo eum nimis. Duodecim
principes generabit. & faciam illum in
gentem magnam. Pactum autem meum
statuam ad isaac. quem pariet tibi sara
tempore isto in anno alio. Postquam
cessauit loqui cum eo. ascendit deus
abraham. Tulitque abraham ismahel
filium suum & omnes uernaculos domus
suę & emptitios pecunię suę. uniuersos
masculos de domo abraham. & circum
cidit carnem præputii eorum statim in
die isto. sicut locutus est ei deus. Abra
ham nonagesimo nono anno circumcisionis
suę. ismahel filius eius tredecim annorum
erat. quando circumcisus est. Eodem
die circumcisus est abraham & ismahel
filius eius. Et omnes uiri domus eius.
uernaculi & emptitii circumcisi sunt
cum eo.

Apparuit autem ei dominus in conualle
mambre sedenti in ostio tabernaculi sui
in feruore diei. Qui leuatis oculis uidit
tres uiros stantes prope se. Et uidens
occurrit in ostio tabernaculi sui. Adora
uitque in terram. Et ait. Domine si
inueni gratiam coram te. ne transeas
seruum tuum. Sed afferam pauxillum
aquę. & lauate pedes uestros. & requie
scite sub arbore. Ponam buccellam panis
& confortate cor uestrum. Postea transi
bitis. Quam ob rem declinastis ad seruum
uestrum. Dixerunt illi. Fac sicut locutus
es. Festinauit abraham in tabernaculum
ad sarai. & dixit ei. Accelera tria sata
similę. commisce & fac subcinericios
panes. Ipse ad armenta cucurrit. Et
tulit inde uitulum tenerrimum & optimum
dedit puero. qui festinauit & coxit. Tulit
quoque butyrum & lac. & uitulum quem
coxerat. posuitque coram eis. Ipse stabat
iuxta eos sub arbore. Postquam comede
runt. dixerunt ad eum. Vbi est sara
uxor tua. Respondit. Ecce in tabernaculo
est. Et reuertens dixit. Reuertar ad te
tempore isto uita comite. & habebit filium
sara uxor tua. Audiebat autem sara ad
ostium tabernaculi. quod erat post eum.
Erant autem abraham & sara senes &
prouecte ætatis. Cessauerat autem sara
fieri mulieribus menstruis. Risit ergo
sara. & dixit intra se. Postquam con
senui. & dominus meus uetulus est.
uoluptatibus operam dabo. Dixitque
dominus ad abraham. Cur risit sara
dicens. Numquid uere parere possum
anus. Ego autem transacto tempore
reuertar ad te. uita comite. & habebit
sara filium. Negauit sara dicens. Non
risi. timuit enim. Dixit autem. Non
est ita. sed risisti. Surrexerunt inde
uiri. & direxerunt oculos contra sodo
mam. Abraham simul gradiebatur
deducens eos. Et dixit dominus. Num
celare possum abraham quę gesturus
sum. Cum futurus sit in gentem magnam
& robustissimam. & benedicendę in eo
omnes nationes terrę. Scio enim quod
præcepturus sit filiis suis & domui suę
post se. ut custodiant uiam domini &
faciant iustitiam & iudicium. Et adim
pleat dominus super abraham omnia
quę locutus est ei. Dixit ergo dominus.
Clamor sodomorum & gomorrhę multus
est. & peccata eorum grauissima sunt.
Descendam & uidebo utrum clamorem
qui uenit ad me opere compleuerint an
non. Et scire uolo. Conuersi uiri abierunt
inde & uenerunt sodomam. Abraham
autem adhuc stabat coram domino. Et
appropians ait. Numquid perdes iustum
cum impio. Si fuerint quinquaginta
iusti in ciuitate. perdes eos & non
parces loco propter quinquaginta iustos
si fuerint in eo. Absit a te ut rem hanc
facias & occidas iustum cum impio. fiat
iustus sicut impius. non est hoc tuum.
qui iudicas uniuersam terram. nequa
quam facies hoc. Dixit dominus. Si
inuenero in sodoma quinquaginta iustos
in medio ciu

Cham calliđ scribꝫ in hebꝛ ñ p chȳm. & p herh que
duplicat aspiratꝫ ꝓfert

annis et genuit filios et filias.
et fuit omnis dies lamech cen
tum septuaginta septem anni. et mortuus est
requiescit hic est xpc in quo ipsem inuenimus.
Hoc uero cum quingentos
Hom ut nominat. Calliđ
cet annos genuit sem. cham.
ȳ fratrem eius iapheth.
Arfaxadum. et iaseth. Cumq; cepissent ho
mines multiplicari super
ram. et filias procreassent.
s. filii seth religiosi.
uidentes filii dei filias hom
num quod essent pulcre. acce
pisse uxores sibi ex omnib;
quas elegerunt. Dixitq; deus
Non permanebit spūs meus in
homine in eternum quia caro
Diaconus. post centum annos
erunt dies illius. Gygantes autem erant
super terram in diebꝫ illis. Postquam
enim ingressi sunt filii dei
ad filias hominum illeq; ge
nuerunt. isti sunt potentes
et seculi uiri famosi. Videns
autem deus quod multa ma
litia hominum esset in ter

2. Dicere ille quod
meus sum. humil
tatis. Volui ut
inueniar tui. ꝑ
unum suum. xp̄o. ho
mines donentur.

CAPVT VIII.

Idem p quingentos. q. p. h.
accipit. Cham. alii. ad. v.
sensus corpis. pen. z carnal
is. ad. ꝓfectum. q. p. sit. q
plenus. debz. ꝑfici. tribꝰ. b. sen
sibꝰ corpis. z. est. ē. in. solum
tardus. mo. bey. vd. si. in
cuentos. regis. 70.
s. et. nullos. nisi. quide. dym
Hoc. d.

Dixit ille non permanebit spūs meus in homine in eternum quia caro est. et erunt dies illius centum uiginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illeq; genuerunt. isti sunt potentes et seculi uiri famosi. Videns autem deus quod multa malitia hominum esset in terra. et cuncta cogitatio intentus cordis eorum intenta ad malum omni tempore. penituit eum quod hominem fecisset in terra. tactusq; dolore cordis intrinsecus. delebo inquit hominem quem creaui a facie terre. ab homine usq; ad animantia a reptili usq; ad uolucres celi. penitet enim me fecisse eos. Noe autem inuenit gratiam coram domino. Hec est generatio noe. Noe uir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis. cum deo ambulauit. genuitq; tres filios sem. cham. et iapheth. Corrupta est autem terra coram deo. et repleta est iniquitate. Cumq; deus uidisset terram esse corruptam. omni carne corrupta super terram. dixit ad noe. Finis omnis carnis ueniet coram me. repleta est terra iniquitate a facie eorum. et ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. mansiunculas in arca facies. et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum longitudo arce. quinquaginta latitudo. triginta altitudo illius. Fenestram in arca facies. et in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arce pones ex latere. deorsum cenacula et tristega facies in ea. Ego ecce inducam aquarum diluuium super terram. ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uite est subter celum. universa que in terra sunt consumentur. Ponamq; fedus meum tecum. et ingredieris arcam tu et filii tui. uxor tua. et uxores filiorum tecum. Et ex omnibus animantibus. ex omni carne. duo introducent in arcam ut uiuant tecum. masculus et femina. De uolucribus in genere suo. et de iumentis in genere suo. et de omni reptili terre in genere suo. duo ex omnibus introibunt tecum ut possint uiuere. Tu autem tolle tibi ex omni esca que manducari potest. et comportabis apud te. et erit tam tibi quam illis ad uescendum. Fecit noe omnia que preceperat ei deus. ita omnino operatus est. Dixitq; dominus ad eum. Ingredere tu et omnis domus tua arcam. te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena masculum et feminam. De animantibus uero que immunda sunt duo et duo masculus et femina. Sed et de uolucribus celi septena et septena masculum et feminam. ut saluetur semen super faciem uniuerse terre. Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et delebo omnem substantiam quam feci de terra. Fecit noe omnia que mandauit ei dominus. Eratq; sescentorum annorum. quando diluuii aque inundauerunt super terram. Et intrauit noe et filii eius. uxor illius. et tres uxores filiorum eius cum eo in arcam. propter aquas diluuii. Et de animantibus mundis et immundis. et de uolucribus et omni quod mouetur super terram. duo et duo ingressa sunt ad noe in arcam masculus et femina. sicut preceperat deus noe. Cumq; septem dies transissent. aque diluuii inundauerunt super terram. anno sescentesimo uite noe. mense secundo. mensis enim ille erat quando cepit diluuium. Eodem die ruperunt omnes fontes abyssi magne. et cataracte celi aperte sunt. et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. In articulo diei illius. intrauit noe et sem. cham. et iapheth filii eius. uxor noe. et tres uxores filiorum eius cum eis. ipsi et omne animal secundum genus suum. universa quoque iumenta in genere suo. et omne quod mouetur super terram in genere suo. cuncta quoque uolatilia secundum genus suum. omnes uolucres et uniuersa pennata. Ingressa sunt ad noe in arcam bina et bina ex omni carne in qua erat spiritus uite. Et que introierant masculus et femina ex omni carne introierunt sicut preceperat ei deus. Et inclusit eum dominus foris. Factum est ergo diluuium quadraginta diebus super terram. et multiplicate sunt aque. et eleuate nimis. et operte sunt omnes montes excelsi uniuersi sub toto celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro que mouebatur super terram. tam de uolucribus quam de animantibus et bestiis. et omni reptili quod reptat super terram. cuncti interierunt hominesque omnes. Et quecumque habent spiraculum uite in terra mortua sunt. Delevit ergo omnem substantiam que erat super terram. ab homine usq; ad animantia. tam reptilia quam uolucres celi. que deleta sunt de terra. remansit autem solus noe et qui cum eo erant in arca. Obtinuerunt aque terram centum quinquaginta diebus. Recordatus autem deus noe cunctorumque animantium et uniuersorum iumentorum que erant cum eo in arca. adduxit spiritum suum super terram. et inminutum est diluuium. Clausi sunt fontes abyssi et cataracte celi. prohibitaque est pluuia de celo. Reuersa sunt aque de terra. euntes et redeuntes. et cepere minui post centum quinquaginta dies. Requieuit autem arca mense septimo. uigesimo septimo die mensis super montes Armenie. Aque autem ibant et decrescebant usque ad decimum mensem. Decimo mense. prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumq; transissent quadraginta dies. aperiens noe fenestram arce quam fecerat dimisit corum. Qui egrediebatur et non reuertebatur donec siccarentur aque super terram. Emisit et columbam post eum. ut uideret si iam cessassent aque super faciem terre. Que cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius. reuersa est ad eum in arcam. aquas enim adhuc totius terre habebat. Extendens manum apprehendit eam. et intulit ad se in arcam. Expectauit autem adhuc alios septem dies. et rursum emisit columbam ex arca. At illa uenit ad eum circa uesperam. portans ramum olive. virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo noe quod cessassent aque super terram. Et expectauit nichilominus alios septem dies. et emisit columbam que non est reuersa ultra ad eum. Anno igitur sescentesimo primo. mense primo. una mensis erat quando cepit diluuium. Et uidit noe quod ablatus esset terre humor. Aperuitque tectum arce. et intuebatur quod in superficie terre siccum esset solum. Mense secundo. uigesima septima die mensis. arefacta est omnis humus. Locutus est autem deus ad noe. dicens. Egredere de arca tu et uxor tua. filii tui et uxores filiorum tecum. Cuncta animantia que sunt apud te. omnis generis tam in uolucribus quam in iumentis et in uniuersis reptilibus que reptant super terram. educ tecum. et ingredimini super terram. crescite et multiplicamini super eam. Egressus igitur noe de arca. filii eius. uxor et uxores filiorum eius cum eo. omnia animantia. uniuersa iumenta. cuncta uolatilia. et quicquid reptat super terram. secundum genus suum. egressa sunt de arca. Edificauit autem noe altare domino. et tollens de cunctis pecoribus mundis et de uniuersis uolucribus. obtulit holocausta super altare. Odoratusque dominus odorem suauitatis. dixit. Non maledicam terre propter homines. Sensus enim humani proni sunt ad malum de adolescentia sua. Non ergo ultra percutiam omnem carnem uiuentem sicut feci. Cunctis diebus terre. sementis et messis. frigus et estus. estas et hyems. nox et dies. non requiescent. Benedixitque noe et filiis eius. Crescite et multiplicamini et replete terram. Terror uester et tremor sit super cuncta animantia terre. et super uniuersa uolatilia celi. cum omnibus que mouentur super terram. et omnes pisces maris manui uestre traditi sunt. Omne quod mouetur et uiuit. erit uobis in escam. quasi olera uirentia tradidi uobis omnia. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem quoque animarum uestrarum requiram de manu cuncte bestie. et de manu hominis. de manu uiri et fratris eius. Requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem. fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo. Vos autem crescite et multiplicamini. egredimini super terram et replemini eam. Dixit quoque deus ad noe et filios eius cum eo. Ecce ego constituam pactum meum uobiscum. et cum semine uestro post uos. et cum omni anima uiuente que uobiscum est. uolucribus. et iumentis. et uniuerse bestie terre que uobiscum egressa est de arca. et cunctis animantibus terre. Statuam pactum meum uobiscum. et non interficietur ultra omnis caro aquis diluuii. neque erit deinceps diluuium dissipans terram. Dixitque deus. Hoc signum federis quod do inter me et uos. et ad cunctas animas que uobiscum sunt in federa perpetua. Arcum meum ponam in nubibus. et erit signum federis inter me et inter terram. Cumque obduxero nubibus celum. apparebit arcus meus in nubibus. et recordabor pactorum meorum que sunt inter me et uos. et omnem animam uiuentem que carnem uiuificat. Non erunt ultra aque diluuii ad delendum universam carnem. Erit arcus in nubibus. et uidens eum recordabor federis sempiterni. quod pactum sit inter deum et omnem animam uiuentem. omnem carnem que est super terram. Dixit ergo deus ad noe. Hoc signum federis quod constituo inter me et omnem carnem que est super terram. Filii autem noe qui egressi sunt de arca. sem. cham. et iapheth. Cham ipse est pater chanaan. Tres isti filii noe. et ab his dispersum est omne genus hominum super terram. Cepitque noe vir agricola exercere terram. et plantauit uineam. Bibensque uinum inebriatus est. et nudatus in tabernaculo suo. Quod cum uidisset cham pater chanaan. uerenda patris sui nudata esse nunciauit duobus fratribus suis foris. Sem autem et iapheth pallium imposuerunt humeris suis. et incedentes retrorsum operuerunt uerenda patris sui. auersis uultibus ne patris nuditatem uiderent. Expergefactus autem noe ex uino. cognouit quid fecerit ei filius suus minor. et ait. Maledictus chanaan puer. seruus seruorum erit fratribus suis. Benedixitque sem et iapheth. Deus dilatet iapheth. habitet in tabernaculis sem. sit chanaan seruus eius. Vixit autem noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. Et fuerunt omnes dies eius nongenti quinquaginta anni. et mortuus est. Hec est generatio filiorum noe. sem. cham. et iapheth. Nati sunt eis filii post diluuium. Filii iapheth. gomer. magog. madai. iauan. thubal. mosoch. et thiras. Filii gomer. aschenez. riphath. et thogorma. Filii iauan. elisa. et tharsis. cetthim. et dodanim. Ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis. unusquisque lingua sua. et familiis suis in nationibus suis. Filii cham. chus. mesraim. phut. et chanaan. Filii chus. saba. euilath. sabatha. regma. et sabathacha. Filii regma. saba. et dadan. Porro chus genuit nemrod. Ipse cepit esse potens in terra. Et erat robustus uenator coram domino. Propterea dicitur. Quasi nemrod robustus uenator coram domino. Fuitque principium regni eius babylon. arach. et archad. et chalanne in terra sennaar. De terra illa egressus est assur. et edificauit niniuen. et plateas ciuitatis. et chalath. Resen quoque inter niniuen et chalath. ciuitas maxima. Mesraim autem genuit ludim. et anamim. et laabim. et nephthuim. et phetrosim. et casluim. de quibus egressi sunt philistiim. et caphthorim. Chanaan autem genuit sidonem primogenitum suum. et hetheum. et iebuseum. et amorreum. et gergeseum. et euheum. et araceum. et sineum. et aradium. et samaritum. et amathiim. Et postea dispersa sunt familie chanaanitarum. Fuitque terminus chanaan a sidone usque gerara. donec ueniatur gaza. et in uiam sodome. et gomorre. et adame. et seboim. usque lesa. Hii filii cham in familiis suis. et linguis suis. in regionibus et gentibus suis. Filii sem. helam. et assur. et arphaxad. et lud. et aram. Filii aram. hus. et hul. et gether. et mosoch. Arphaxad autem genuit sale. Sale uero genuit heber. Nati sunt heber duo filii. nomen uni phaleg. eo quod in diebus eius diuisa sit terra. Et nomen fratris eius iectan. Qui iectan genuit elmodad. et saleph. et asarmoth. et iare. et aduram. et uzal. et decla. et ebal. et abimahel. et saba. et ophir. et euilath. et iobab. Omnes isti filii iectan. Habitauit autem in mesa. donec ueniatur sephar montem orientalem. Filii sem in familiis suis. et linguis suis. in regionibus et gentibus suis. Hii filii noe in familiis suis. et populis suis. Ab his diuise sunt gentes in terra post diluuium.

Quidam autem dicunt quod ante diluuium non fuerit pluuia super terram. sed ascendebat fons de terra. et irrigabat uniuersam superficiem terre. Sed hoc non uidetur esse uerum. quia scriptum est. Arcum meum ponam in nubibus. et erit signum federis inter me et terram. Cumque obduxero nubibus celum. apparebit arcus meus in nubibus. et recordabor pactorum meorum que sunt inter me et uos. et omnem animam uiuentem que carnem uiuificat. Non erunt ultra aque diluuii ad delendum universam carnem. Erit arcus in nubibus. et uidens eum recordabor federis sempiterni. quod pactum sit inter deum et omnem animam uiuentem. omnem carnem que est super terram. Dixit ergo deus ad noe. Hoc signum federis quod constituo inter me et omnem carnem que est super terram.

Quidam autem dicunt quod ante diluuium non fuerit pluuia super terram. sed ascendebat fons de terra. et irrigabat uniuersam superficiem terre. Sed hoc non uidetur esse uerum. quia scriptum est. Arcum meum ponam in nubibus. et erit signum federis inter me et terram. Cumque obduxero nubibus celum. apparebit arcus meus in nubibus. et recordabor pactorum meorum que sunt inter me et uos. et omnem animam uiuentem que carnem uiuificat. Non erunt ultra aque diluuii ad delendum universam carnem. Erit arcus in nubibus. et uidens eum recordabor federis sempiterni. quod pactum sit inter deum et omnem animam uiuentem. omnem carnem que est super terram. Dixit ergo deus ad noe. Hoc signum federis quod constituo inter me et omnem carnem que est super terram.

o ⁊ o h ⁊ mulierum
marabilis magnum
dne exaltauit.

¶ Et ait dñs ad illū
terrum ung. ⁊. fame
dāmum ⁊ ad agen
dam penitentiam.
⁊ quia in malicia
p̄seuerauit hinc
p̄terum ⁊ tertium
te ultimo anno delet
surus.

¶ Videns autem dñs
⁊ ℣ Hon in deum p
tinentia tristatur do
lor excidit cuncte de omni
bus tam sibi fementi.
quam certa presentia
⁊ utitur spiritu ut
tetur uerbis cohortans
se iste paruitas ut
er cognitus in cogni
tu cognoscetur.
Etiam ira dei non est
pulsata animi. ⁊ iu
diciam quod ungatur
peccatori. Cogi
tatio uero est mentis
dorum rerum intus
tabil' ō.

¶ Noe ū uir iustus
atq; ꝑfect⁹. Si nullus
sine ꝑto quomodo
p̄fectus? Pfecti dicun
tur illi qui non sicut
placendi qñ est hum
angel' dei. ⁊ sic ut
possunt ee in pugna
tione. Unde additur
in generationibus
. ⁊ sicut p modo suo
dei gr̄a potuit ee ꝑfc
non sicut in alia una
in qua nec uoluit nec
potuit potuit. Cum dō
ambulauit uel huc
uit sequēs.

alē ¶ Congue archa ⁊
summo uelut recto
quodam angulo. co.

et cuncta cogitatio cordis intenti
ti erat ad malum omni tempore
¶ Verbum nob uerbo loquatur sēpiternū ut ex cognitis
possit ad incognita.
¶ Videam. premere dum ep̄ mutat uoluntate ⁊
dispositione immutabili punitque.
Penitet enim eum quod hominem
fecisset in terra. et pertactus
in furore: et tactus dolore
cordis intrinsecus: deleo ⁊
quod hominem quem cre
aui a facie terre ab homine
usq; ad animantia a reptili
usq; ad uolucres celi. Pen
tet enim me fecisse eos: ⁊
e uero inuenit gr̄am coram
domino. Hec generationes
noe. Hoc uir iustus atq;
¶ 1. secūm uitā
perfectus fuit in genera
tionibus suis. Noe cum ambulauit
cum deo genuit tres filios.
Sem. cham. et iafeth. Corrup
ta est autem terra coram
deo. et repleta ⁊ iniquita
te. Cumq; uidisset deus

¶ Et penituit eum qd
hominem fecisset in terra.
¶ Penitentia in sancto e
loquio sapientes dei con
silium. dicunt a sapien
tibus. sed. sic nunc pu
nitrate hominis uidem
in se humane passio
ne conatos hominum:
sumere. cum constet quia
cuncta pulsum uenient
conspicat uicti sede qd
penitendo resipiscat.
ut ⁊ mitis non est. si
spiritualet plerumq; u
tuntur uerbis carnalium
⁊ neq; mutationi
si spe creatoris omnium
ut terrenum putabat
ad intellectum suum
in se ipo cum suis sermo
nem flectere.

¶ Hec ubi archam de
ligneis tabulis ⁊ in solu
bilibus arbore coartauit ⁊
alia translatio dicit. ⁊ fini
ti ut nec uniendi ⁊ in
undatione aliquā solue
retur.

¶ Archam construxit tibi noe
de lignis inputribilibus
⁊ exclusam. de uncturis
in sempiternum hominū
bus. ⁊ sicut archa uocata
in fluctibus. archa de lig
nis quadratis ecclia de
scis. quoz stabilis unita
ad omne bonum ap
petita. sicut quadratus
omni ex parte firmiter
stat. Ex brauiue glu
tinamur lignis uiuens
aus ⁊ ecclesiast. ut ex
plage unitatis signu
sicerur. collectanea cari
tatis. ecclia ul' ab huius qui furuit
ut ab hac qui foris re
clat signum iunctura.
Est enim bracium ferue
ntissimum ⁊ uiolentissimum

¶ Ab homine ꝑsq; ad animantia ... ℣. pmo incipit peccato de naturalibus. a moribus ꝛc. ⁊ ℣. a scripturario modo incipit
animos. de quo opinor. ostes in ℣ on ꝛc. q̄ ꝑ multa incipit instituimus. In ℣. ⁊ in fine dicit dd. qr iudex populū
punit ꝑ filio ꝛc. sunt qui peccatū ego incipiē ꝛc. ⁊ sit qui aliū sunt quid peccat. teneat obsecro manuscripta. con. hic
⁊ in sapia ꝛc. formosibus formae inflate creaturis.

¶ Corrupta ⁊ tra. i. ecclia ꝑ malos plactas coram do. ⁊ ꝑ ad coram hominibus ꝛc. i. Ingressi contaminastis terram meam
⁊ hereditatem meā polluistis in ab hominationē.

¶ Est ꝑsecutio ... nec uō nec erat uir erat ꝑfectus. s. compatione finiti diuisit.
pte qñ homo ñ uolet nec pōt ⁊ peccare ut magis. si nullus.
excellentie ... in ep̄ ꝑ. ut. si quis mihi uō offendit. hic ꝑfectus est.

terram esse corruptam · om̃is
caro corruperat
uias quippe suas corruperat
uiam suam super terram.
Et dixit: ad hoc finis omnium
pre eo qui in archa erant saluandi quasi se
mundarum fuisse cognouit. Placato in iudicio
se carnis uoluit coram me. Re
habitatores
plena est terra iniquitate
a facie eorum et ego disp
Vt non sit suo more
secundum doctores
delebo eos cum terra.
fructibus.
ingressum et egressum longe ab inferiorem
possidebit semen eorum portas i

Carcere exabunt.

micorum suorum. & benedice

Baptizabunt. Ypo. Peculiarem de olim

tur in semine tuo omnes gentes

Gnib;

terre. quia obedisti uoci mee.

Cū hac mundi. Fidelet degentib. q̄ fides sequit

Reuersus. abraham ad pueros

ad deos. Cū conuerdet uiuent in ecclia.

suos. abiecerunt ꝓ berlabee simul

q̄ habitauit ibi. Isc uir genitus

Auō. Hon ꝓpatus. t. u. p. m. Hunch nō ꝓpter

abraham filio suo ꝓ angl̄ ꝙ. i angelo dñi ꝙ

guratus. q̄ dr. i magu consilii angelus

Erat enim i angelo dr. ꝛer ꝑsona loquebatur.

hoc magis inseq̄uenib; apparet. ū dicit. tuo

cauit angelus dñi abraham ꝛerum de celo uo

cens. ꝓ memet ipm iuraui dicit dns. Hon enim

facile inuenit xp̄m patrem dñm dicere. cū quā

suū dominū. ꝑ eum aīe ꝛnationē. Nam secūm

carnem h congrue dicunt. Dominū dr ad me

. f. m. e. o. Q. aīe dicūt dicit dns meus. ad

ꝑhām referūt. qui loquit sicut illud. pluit

dns a dño. i. dns sūs. filio. a dño nō. s. pē.

Isac. Arietem inter uepres h. e. aī. aquila. uepres

ꝙpuetum ponit. i. ut ui uerbi intpretur.

condensa. i. se complexa. iuguluta. ū simae

eadem opinione ducitur. aut. i. apparuerunt ꝑ

h. terrenis inuere cornib; .s. lyr. i. cheo doctio ut

dicatur nisi intpretet. qui ꝙm nom. labech ꝙ

luerunt inuiugulū labech cornib; suis. i. cum suis che

on sue ire. qđ aquila ꝙinat. i. ꝑ lunae. ꝑ similitudi

scribitur. hic ū samech. huic ꝙponit. ū. ꝑ aret ū

ꝓpationem stupū condensari. ū modū rete

iter se iuguluta congerta. ūbum labech. s. nom

sonare iugulu. qđ ita hebraice dicitur.

Isac. Appellauit. nomen loci illi dominus uidet. i.

deo q. hoc h. uidet. in hebreo uidebit scriptum.

hoc apd hebreos erunt in ꝑsubum. ut i angl̄

consistunt. i. cū optantes consilio auxilio subleuari. i. dicant. i monte dns uidebit. i. sic abrahe

dns misericordiā. misereb. ui. ui. a uiuigum. dicta

rient. solent cornua dangere.

Ale. angel. quia ꝑ isaac tu mole. ū ꝑtat unus. s.

uer. ꝙ magis ꝑtat angl̄m. ei. accipisse alium de

quā ibi de semine ꝑ sex dierum opi dñm ꝑuasse.

Viuebat. scil. secūm carnem. q. erunt. i. degen

es futuri. i. de bona oliua. i. oleastrū ꝙsurgent.

Isac. De melcha uxore nachor filii aram. nac. hus.

de cui stirpe iob descendit. sicut scripsit. Vir erat

in terra hus nomine iob. arabe. ꝙ. estimat. iob de genere

esau. de. qđ eum inimicū ꝓ. ei habebat. qđ de

suo semine circūcisi sit. i. quare ab esau. i. reli

quis ibi conuenit. in hebreo ū habent. Secundū

nac. de melcha buz. qui cui gnē balaam dicūt

sicut hebrei dicunt qui iob dr. helim. ꝓmū nur sed

uphet dr. ꝓea ꝓnobedientiā. i. desidiā mutuum

dium sibi maledicte cupiet. dum nouissimo tēpo

pat. ū nac. helim filii bamchel buzites. i. ca

nuel ū ꝓ. i. damasci. ipa cui nocat aram. ꝙ ꝓ

sima sequit. i. ipo nomine legit. i. isaia.

Hoc passionis bn appellat dominus. videt. qui hoc passionis carnis. i. Cepit ram. aīe dominus. videt. qui

Respexit. diligenter se. q. oculi domini sup iustos. i. inspiciendi. in. Gratia. di. tuā. in eos. cui. i. respectus

eius in electos cui specialis. gs. multi placati est. h. sensi. quibus uerissime ad istem. Et quidē sacti sunt stelle

Caute. Quidē heres. s. enim. i. am. s. sicut male male. unde. i. sicut. in. s. uolunt. dominus. rectū. i. no. sicut

i. folium. i. maledictū. Tabor. ut in mario. qui. possedit sem. ubi. portā. xpc sem. patris. pos. da

portis. inimicos. suos. qui. ex ingenium. diabolum. Tuebat. eius. seruos. confregit. ysa. xlv. Ego ait. re

deo. i. glorioso. te humiliabo. horis. ereos. abrahā. Tuebat. eius. seruos. confringam. ipe. obediens. uoci. angeli.

i. Sacre. scripture. qui. adimpleuit. i. scripti. sunt. ut. Benedicti. in. semine. tuo. benedicant. omnes. gentes. terre. quia. obedisti. uoci. mee. Reuersus. abraham. ad. pueros. exprimitur. eo. quod

Isaac. pr. in. filio. in. fine. mundi. reuerti. ad. iudeos. i. ad. ecclam. Habitauit. Berlabee. simul. q. ambo. dicit. reuisi. sunt

ad. ecclam. q. pueros. nos. i. domine. xpe. sa.

Sarra: annis centum viginti septem: hi sunt anni vite Sarre. Et mortua est in Cariath arbe: que nunc appellatur Hebron in terra Chanaan. Venit Abraham ut faceret planctum super Sarra uxore sua: et flendo consolaretur eam. Cumque surrexisset a mortuo suo locutus est ad filios Heth: dicens: Advena et peregrinus ego sum apud vos: date mihi jus sepulchri vobiscum: ut sepeliam mortuum meum quem mihi auferre nolentem cogor. Responderunt filii Heth ad Abraham: Audi nos domine: princeps Dei es apud nos: in electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum: nullus prohibere poterit quin in monumento ei sepulcra mortuum tuum. Surrexit Abraham: et adoravit populum terre: filios scilicet Heth: dicens: Si placet animae vestrae ut sepeliam mortuum meum: audite me: et intercedite apud Ephron filium Seor: ut det mihi speluncam duplicem: quam habet in extremo agri sui: pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessionem sepulcri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth: respondit Ephron ad Abraham audiente populo: qui ingrediebantur portam civitatis eius: dicens: Non ita fiat domine mi: audi me: agrum dedi tibi: et speluncam quae in eo est: coram filiis populi mei tradidi tibi: sepeli mortuum tuum. Adoravit Abraham coram populo terre: et locutus est ad Ephron audiente populo terre: Rogo te ut audias me: dabo pecuniam agri: suscipe eam: et sepeliam mortuum meum in loco illo. Ephron autem respondit Abrahae dicens: Domine mi audi me: terra quae petis: quadringentorum siclorum argenti pondere: quid est inter me et te? Tu autem sepeli mortuum tuum. Intellexit Abraham quae dixerat Ephron: et appendit ei pecuniam quam petierat: coram filiis Heth: quadringentos siclos argenti probatae monetae publicae. Et possedit Ephron agrum suum: et speluncam duplicem quae erat in fine agri: omnia arbusta quae stabant in circuitu agri: cuncta Abrahae in conspectu filiorum Heth: et omnium qui ingrediebantur portam civitatis eius. Et sepelivit Abraham Sarram uxorem suam in spelunca agri duplicis: quae respicit Mambre: quae nunc appellatur Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager Ephron: et spelunca quae erat in eo: Abrahae in possessionem sepulturae: coram filiis Heth: et cunctis qui ingrediebantur portam civitatis eius. Et sepelivit Abraham Sarram uxorem suam in spelunca agri duplicis: contra faciem Mambre: quae nunc appellatur Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager Ephron: et spelunca quae erat in eo: Abrahae in possessionem sepulturae: coram filiis Heth: et cunctis qui ingrediebantur portam civitatis eius.

Hoc est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem: ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum et feminam creavit eos: et benedixit illis: et vocavit nomen eorum Adam in die qua creati sunt. Vixit Adam centum triginta annos: et genuit filium ad imaginem et similitudinem suam: vocavitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam post generationem Seth octingenti anni: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Adam fuerunt nongenti triginta anni: et mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annos: et genuit Enos. Et vixit Seth post generationem Enos octingentos septem annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Seth fuerunt nongenti duodecim anni: et mortuus est. Vixit autem Enos nonaginta annos: et genuit Cainan. Et vixit Enos post generationem Cainan octingentos quindecim annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Enos fuerunt nongenti quinque anni: et mortuus est. Vixit Cainan septuaginta annos: et genuit Malaleel. Et vixit Cainan post generationem Malaleel octingentos quadraginta annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Cainan fuerunt nongenti decem anni: et mortuus est. Vixit Malaleel sexaginta quinque annos: et genuit Jared. Et vixit Malaleel post generationem Jared octingentos triginta annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Malaleel fuerunt octingenti nonaginta quinque anni: et mortuus est. Vixit Jared centum sexaginta duos annos: et genuit Henoch. Et vixit Jared post generationem Henoch octingentos annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Jared fuerunt nongenti sexaginta duo anni: et mortuus est. Vixit Henoch sexaginta quinque annos: et genuit Mathusalam. Et ambulavit Henoch cum Deo: et vixit post generationem Mathusalam trecentos annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Henoch fuerunt trecenti sexaginta quinque anni. Et ambulavit cum Deo: et apparuit non amplius: quia tulit eum Deus. Vixit autem Mathusalam centum octoginta septem annos: et genuit Lamech. Et vixit Mathusalam post generationem Lamech septingentos octoginta duos annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Mathusalam fuerunt nongenti sexaginta novem anni: et mortuus est. Vixit Lamech centum octoginta duos annos: et genuit filium. Et vocavit nomen eius Noe: dicens: Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris et a labore manuum nostrarum: de terra quam maledixit Dominus. Et vixit Lamech post generationem Noe quingentos nonaginta quinque annos: et genuit filios et filias. Et omnes simul dies Lamech fuerunt septingenti septuaginta septem anni: et mortuus est. Cumque esset Noe annorum quingentorum genuit Sem Cham et Japheth.

Cum ergo coepissent homines multiplicari super terram: et filias procreassent: videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchrae: acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Dominus: Non permanebit spiritus meus in homine isto in aeternum: quia caro est: erunt dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum: illaeque genuerunt: isti sunt potentes a saeculo viri famosi. Videns autem Dominus quod multa malitia hominum in terra esset: et cuncta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore: poenitudinem habuit quod hominem fecisset in terra: et tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo inquit hominem quem creavi a facie terrae: ab homine usque ad animantia: a reptili usque ad volucres caeli: poenitet me fecisse eos. Noe autem invenit gratiam coram Domino. Hae sunt generationes Noe. Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulavit. Genuitque tres filios: Sem Cham et Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo: et repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam: omni quippe carne corrumpente viam suam super terram: dixit ad Noe: Finis universae carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate per eos: et ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis laevigatis: mansiunculas in arca facies: et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus. Et sic facies eam: trecentorum cubitorum longitudo arcae: quinquaginta cubitorum latitudo eius: triginta cubitorum altitudo eius. Fenestram in arca facies: et in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arcae pones ex latere: deorsum cenacula et tristega facies in ea. Ego introducam diluvium aquarum super terram: ut interficiam omnem carnem in qua spiritus vitae est subter caelum: universa quae in terra sunt consumentur. Ponamque foedus meum tecum: et ingredieris arcam tu et filii tui: uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum. Et de cunctis animantibus carnis bipedum et quadrupedum: et reptilium quae reptant super terram: duo ex omni genere introibunt tecum: ut salva sint. De avibus in genere suo: et de pecoribus in genere suo: et de cunctis quae moventur super terram in genere suo: duo ex omnibus introibunt tecum ut possint vivere. Tu autem tolle tibi ex omni esca quae manducari potest: et comportabis apud te: et erit tam tibi quam illis ad vescendum. Fecit ergo Noe omnia quae praeceperat ei Dominus.

Dixitque Dominus ad Noe: Ingredere tu et omnis domus tua arcam: te enim vidi justum coram me in generatione hac. Ex omni pecore mundo tolle septena et septena: masculum et feminam: ex pecoribus autem immundis duo et duo: masculum et feminam. Sed et de volucribus caeli septena et septena masculum et feminam: ut salvetur semen super faciem universae terrae. Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terrae. Fecit ergo Noe omnia quae praeceperat ei Dominus. Noe autem erat sexcentorum annorum cum aquae diluvii inundarent super terram. Et intravit Noe et filii eius: uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eo in arcam: propter aquas diluvii. Et de animantibus mundis et immundis: et de volucribus et universis quae moventur super terram: duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam: masculus et femina: sicut praecepit Deus Noe. Et factum est post septem dies: et aquae diluvii inundaverunt super terram. Anno sexcentesimo vitae Noe: mense secundo: septimodecimo die mensis: in die illa rupti sunt omnes fontes abyssi magnae: et cataractae caeli aperti sunt. Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. In articulo diei illius introierunt Noe et filii eius: Sem Cham et Japheth: uxor Noe et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi et omnes bestiae secundum genus suum: universa quoque animantia in genere suo: cuncta reptilia quae reptant super terram in genere suo: omnia volatilia secundum genus suum: cuncta quae volant et habent pennas. Ingressa sunt ad Noe in arcam duo et duo ex omni carne in qua erat spiritus vitae. Et quae ingressa sunt masculus et femina ex omni carne introierunt: sicut praecepit ei Deus: et clausit Dominus post eum. Factum est autem diluvium quadraginta diebus super terram: et multiplicatae sunt aquae: et elevaverunt arcam in sublime a terra. Aquae autem intumescentes vehementer operuerunt cuncta in terra: arca vero ferebatur super aquas. Aquae quoque prevalebant nimis super terram: et operti sunt omnes montes excelsi sub universo caelo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro quae movebatur super terram: tam de volucribus quam de animantibus et bestiis: et universis reptilibus quae reptant super terram: cuncti interierunt homines. Et omnia in quibus spiraculum vitae est in terra: mortua sunt. Delevit ergo omnem substantiam quae erat super terram: et homines et pecora et reptilia quae moventur in terra: et volucres caeli: et penitus deleta sunt de terra. Remansit autem Noe solus: et qui cum eo erant in arca. Obtinuerunt autem aquae terram centum quinquaginta diebus. Recordatus autem Deus Noe: cunctorumque animantium et omnium jumentorum quae erant cum eo in arca: adduxit spiritum suum super terram: et inminutae sunt aquae. Et clausi sunt fontes abyssi et cataractae caeli: prohibitaque est pluvia de caelo. Reversaeque sunt aquae de terra: euntes et revertentes: et coeperunt minui post centum quinquaginta dies. Requievitque arca mense septimo: vigesimo septimo die mensis: super montes Armeniae. Aquae autem ibant et decrescebant usque ad decimum mensem: decimo enim mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium. Factum est autem post quadraginta dies: aperiens Noe fenestram arcae quam fecerat: dimisit corvum: qui egrediebatur et non revertebatur donec siccarentur aquae super terram. Emisit quoque columbam post eum: ut videret si jam cessassent aquae super faciem terrae. Quae cum non invenisset requiem pedibus suis: reversa est ad eum in arcam: aquae enim erant super universam terram: extendit manum suam et tollens eam intulit secum in arcam. Expectatis autem adhuc aliis septem diebus: rursum emisit columbam ex arca. At illa venit ad eum circa vesperam: portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aquae super terram. Expectavit adhuc et alios septem dies: et emisit columbam: quae non est reversa ad eum ultra. Factum est autem in sexcentesimo primo anno: primo mense: prima die mensis: imminutae sunt aquae super terram. Et aperiens Noe tectum arcae: vidit quod exaruisset terra. Mense autem secundo: vigesimo septimo die mensis: exaruit omnis humus. Locutus est autem Deus ad Noe: dicens: Egredere de arca tu et uxor tua: filii tui et uxores filiorum tuorum tecum. Omnia animantia quae sunt apud te ex omni carne: tam in volucribus quam in jumentis et universis reptilibus quae reptant super terram: educ tecum: et ingredimini super terram: crescite et multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe et filii eius: uxor illius et uxores filiorum eius cum eo: omnes bestiae et universa reptilia quae reptant super terram secundum cognationes suas: egressa de arca. Aedificavit autem Noe altare Domino: et tollens de cunctis pecoribus et universis volatilibus mundis: obtulit holocausta super altare. Odoratusque Dominus odorem suavissimum: dixit: Non maledicam amplius terrae propter homines: sensus enim humani et cogitationes in malum prona sunt ab adolescentia sua: non ergo ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci. Cunctis diebus terrae: sementis et messis: frigus et aestus: aestas et hiems: nox et dies non requiescent.

Benedixitque Deus Noe et filiis eius: et ait: Crescite et multiplicamini: et replete terram. Terror vester et tremor sit super cuncta animalia terrae: et super omnes volucres caeli: cum universis quae moventur in terra: omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt. Omne movens quod vivit: et habet vitam: sit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis: sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: et de manu hominis: de manu viri et fratris eius requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem: fundetur sanguis illius: homo enim ad imaginem Dei factus est. Vos autem crescite et multiplicamini: egredimini super terram et implemini eam. Dixit Deus ad Noe et filios eius: Ecce ego constituam pactum meum vobiscum: et cum semine vestro post vos: et cum omni anima quae egressa est de arca: et universis animantibus terrae. Ponam arcum meum in nubibus: et erit signum foederis inter me et inter terram. Cumque obduxero nubibus caelum: apparebit arcus meus in nubibus: et recordabor foederis mei vobiscum et cum omni anima quae vivificat universa carne: et non erunt ultra aquae diluvii ad delendum omnem carnem. Erit arcus in nubibus: vidensque eum recordabor foederis sempiterni quod pactum sit inter Deum et omnem animam viventem universae carnis quae est super terram. Dixit ergo Deus ad Noe: Hoc signum foederis quod constituo inter me et omnem carnem quae est super terram. Filii autem Noe qui egressi sunt de arca: Sem Cham et Japheth. Cham ipse est pater Chanaan. Tres isti sunt filii Noe: et ab his disseminatum est omne genus hominum super terram. Coepitque Noe vir agricola exercere terram: et plantavit vineam. Bibensque vinum inebriatus est: et nudatus in tentorio suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan: verenda patris sui nudata nuntiavit duobus fratribus suis foris. Sem autem et Japheth pallium imposuerunt humeris suis: et incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui: facies eorum aversae: et patris nuditatem non viderunt. Evigilans autem Noe ex vino: et cognoscens quae fecerat ei filius suus minor: dixit: Maledictus Chanaan puer nequam: servus servorum erit fratribus suis. Benedixitque Sem et Japheth: et ait: Benedictus Dominus Deus Sem: sit Chanaan servus eius. Dilatet Deus Japheth: habitet in tabernaculis Sem: sit Chanaan servus eius. Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis: et facti sunt omnes dies eius nongenti quinquaginta anni: et mortuus est.

Hae sunt generationes filiorum Noe: Sem Cham et Japheth: qui nati sunt eis post diluvium. Filii Japheth: Gomer et Magog et Madai et Javan et Thubal et Mosoch et Thiras. Filii autem Gomer: Ascenez et Riphath et Thogorma. Filii autem Javan: Elisa et Tharsis Cetthim et Dodanim. Ab his divisae sunt insulae gentium in regionibus suis: singulae unaquaeque lingua sua: et familiis suis in gentibus suis. Filii Cham: Chus et Mesraim et Phut et Chanaan. Filii Chus: Saba et Hevilath et Sabatha et Regma et Sabathacha. Filii Regma: Saba et Dadan. Chus autem genuit Nemrod: ipse coepit esse potens in terra. Et Mesraim genuit Ludim et Anamim et Laabim et Nephthuim et Phetrusim et Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim et Caphthorim. Phut autem genuit primogenitum suum Chanaan: et Chetthaeum et Jebusaeum et Amorraeum et Gergesaeum et Hevaeum et Aracaeum et Sinaeum et Aradium et Samaraeum et Amathaeum. Et postea dispersae sunt familiae Chanaanaeorum. Fuitque terminus Chanaan a Sidone veniente Gerara usque Gazam: donec venias Sodomam et Gomorrham et Adamam et Seboim usque Lesa. Hi filii Cham in familiis suis et linguis suis in regionibus et gentibus suis. Sem quoque genuit patrem omnium filiorum Heber fratris Japheth majoris. Filii Sem: Elam et Assur et Arphaxad et Lud et Aram. Filii Aram: Us et Hul et Gether et Mosoch. Arphaxad autem genuit Sale: Sale vero genuit Heber. Et nati sunt Heber duo filii: nomen uni Phaleg: quia in diebus illius divisa est terra. Et nomen fratris eius Jectan. Qui genuit Elmodad et Saleph et Asarmoth et Jare et Adoram et Uzal et Decla et Ebal et Abimael et Saba et Ophir et Hevila et Jobab. Omnes isti filii Jectan. Habitavitque Sem a Mesa donec venias Sephar montem orientalem. Hi filii Sem in familiis suis et linguis suis in regionibus et gentibus suis. Hae familiae filiorum Noe in generationibus suis et gentibus suis. Ab his divisae sunt gentes in terra post diluvium.

Erat autem terra labii unius et sermonum eorundem. Cumque proficiscerentur de oriente: invenerunt campum in terra Sennaar: et habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres et coquamus eos igni. Habuerunt autem lateres pro saxis: et bitumen pro cemento. Et dixerunt: Venite faciamus nobis civitatem et turrem cujus culmen penetret caelum: et celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras. Descenditque Dominus ut videret civitatem et turrem quam aedificabant filii Adam. Et dixit: Ecce unus est populus et unum omnibus labium: coeperunt facere hoc opus nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere perficiant. Venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum: ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Et divisit eos Dominus ex illo loco in regiones suas: et coeperunt aedificare civitatem et turrem: et reliquerunt eam. Unde et vocatum est nomen ejus Babel: quia ibi confusum est labium universae terrae: et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. Hae sunt generationes Sem: Sem centum annorum erat cum genuit Arphaxad: secundo anno post diluvium. Vixitque Sem post quam genuit Arphaxad quingentis annis: et genuit filios et filias. Arphaxad vero vixit triginta quinque annis: et genuit Sale. Vixitque Arphaxad post quam genuit Sale trecentis tribus annis: et genuit filios et filias. Sale autem vixit triginta annis: et genuit Heber. Vixitque Sale post quam genuit Heber quadringentis tribus annis: et genuit filios et filias. Heber quoque vixit triginta quattuor annis: et genuit Phaleg. Vixitque Heber post quam genuit Phaleg quadringentis triginta annis: et genuit filios et filias. Phaleg autem vixit triginta annis: et genuit Reu. Vixitque Phaleg post quam genuit Reu ducentis novem annis: et genuit filios et filias. Reu vero vixit triginta duobus annis: et genuit Sarug. Vixitque Reu post quam genuit Sarug ducentis septem annis: et genuit filios et filias. Sarug autem vixit triginta annis: et genuit Nachor. Vixitque Sarug post quam genuit Nachor centum annis: et genuit filios et filias. Nachor quoque vixit viginti novem annis: et genuit Thare. Vixitque Nachor post quam genuit Thare centum decem novem annis: et genuit filios et filias. Thare autem vixit septuaginta annis: et genuit Abram Nachor et Aran. Hae sunt generationes Thare: Thare genuit Abram Nachor et Aran: Aran autem genuit Lot. Mortuus est autem Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suae in Ur Chaldaeorum. Sumpserunt autem Abram et Nachor uxores: nomen uxoris Abram Sarai: et nomen uxoris Nachor Melcha filia Aran patris Melchae et patris Jescae. Erat autem Sarai sterilis: non habebat liberos. Tulit ergo Thare Abram filium suum et Lot filium Aran filii sui: et Sarai nurum suam uxorem Abram filii sui: et eduxit eos de Ur Chaldaeorum ut irent in terram Chanaan. Cumque venissent usque Haran habitaverunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum: et mortuus est Thare in Haran. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui: et veni in terram quam monstrabo tibi. Faciamque te in gentem magnam: et benedicam tibi: et magnificabo nomen tuum: erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi: et maledicam maledicentibus tibi: et benedicentur in te universae cognationes terrae. Egressus est ergo Abram sicut locutus est ei Dominus: et ivit cum eo Lot. Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam et Lot filium fratris sui: universamque substantiam quam possederant: et animas quas fecerant in Haran: et egressi sunt ut irent in terram Chanaan. Cumque venissent in terram Chanaan: pertransiit Abram terram usque ad locum Sichem: usque ad convallem illustrem. Chananaeus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dominus Abram: et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui aedificavit ibi altare Domino qui apparuerat ei. Inde transgressus ad montana quae sunt contra orientalem plagam Bethel: tetendit tabernaculum suum: habens Bethel ab occidente: et Hai ab oriente: aedificavitque ibi altare Domino: et invocavit nomen ejus. Proficiscebatur quoque Abram gradiens et tendens ad meridiem. Facta autem fame in terra descendit Abram in Aegyptum ut peregrinaretur ibi: praevalebat enim fames in terra. Cumque prope fecisset ingredi Aegyptum: dixit Sarai uxori suae: Novi quod pulchra mulier sis aspectu: et cum viderint te Aegyptii dicent: Uxor hujus est: et occident me: te autem reservabunt. Dic ergo obsecro ut soror mea sis: ut bene sit mihi propter te: et vivat anima mea propter te. Cumque ingressus esset Abram Aegyptum: viderunt Aegyptii mulierem quod esset pulchra nimis. Et nuntiaverunt principibus Pharaonis: et laudaverunt eam apud illum: et tollitur mulier in domum Pharaonis. Abram autem bene usi sunt propter illam: et habuit oves et boves et asinos et servos et ancillas et asinas et camelos. Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis et domum ejus propter Sarai uxorem Abram. Vocavitque Pharao Abram: et dixit ei: Quid est hoc quod fecisti mihi? Cur non indicasti mihi quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti: Soror mea est: ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc ergo ecce uxor tua: tolle eam et vade. Mandavitque Pharao super Abram viris: et deduxerunt eum et uxorem ejus et omnia quae habebat. Ascendit ergo Abram de Aegypto ipse et uxor ejus et omnia quae habebat: et Lot cum eo in austrum. Dives erat valde in possessione auri et argenti. Et reversus est per viam qua venerat de austro usque Bethel: ad locum ubi prius fixerat tentorium inter Bethel et Hai: ad locum altaris quod fecerat ibi prius: et invocavit ibi nomen Domini. Habebat autem et Lot qui ibat cum Abram oves et boves et tentoria. Et non capiebat eos terra ut habitarent simul: erat enim substantia eorum multa: et non poterant habitare pariter. Unde et jurgium factum est inter pastores armentorum Abram et pastores armentorum Lot. Chananaeus autem et Pherezaeus habitabant tunc in terra. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quaeso sit jurgium inter me et te et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim nos sumus. Nonne tota terra coram te est? Recede a me obsecro: si ad sinistram ibo: ero dexter: si tu dexteram elegeris: ego ad sinistram transibo. Levavit Lot oculos suos: et vidit omnem circa regionem Jordanis quae universa irrigabatur antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorrham: sicut paradisum Dei quasi Aegyptum venienti Segor. Elegit sibi Lot regionem Jordanis: et profectus est ab oriente. Et divisi sunt fratres: Abram habitavit in terra Chanaan: Lot autem habitavit in civitatibus regionis circa Jordanem: et tendebat tentoria usque Sodomam. Erant autem viri pessimi et peccatores coram Domino nimis. Dixit autem Dominus ad Abram: Lot recedente ab eo: Leva oculos tuos et vide de loco in quo nunc es: ad aquilonem et meridiem: ad orientem et mare: quia omnem terram quam tu aspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum. Et ponam semen tuum sicut pulverem terrae: si quis potest hominum numerare pulverem terrae: semen tuum numerabitur. Surge et perambula terram in longitudine ejus et latitudine: quia tibi dabo eam. Movens igitur tentoria venit et habitavit juxta convallem Mambre quae est contra Hebron: aedificavitque ibi altare Domino.

Factum est autem in diebus Amraphel regis Sennaar: Arioch regis Pontus: Chodorlahomor regis Elamitarum: et Thadal regis nationum: iniere bellum contra Bara regem Sodomorum: et contra Bersa regem Gomorrhae: Semeber regem Adamae: et Semeber regem Seboim: rex autem Balae ipse est Segor. Omnes hi convenerunt in vallem Siddim: quae est Mare Salinarum. Duodecim annis servierant Chodorlahomor: et tertio decimo anno recesserant: quarto decimo igitur anno venit Chodorlahomor et reges qui cum eo erant: et percusserunt Raphaim in Astaroth Carnaim: et Zuzim cum eis: et Emim in Save Cariathaim: et Horreos in monte Seir usque ad planitiem Pharan: quae est in deserto. Reversi sunt autem et venerunt ad fontem Judicii: hoc est Cadesbarne: et percusserunt omnem regionem Amalecitarum: sed et Amorrhaeum habitantem in Asasonthamar. Egressi sunt autem rex Sodomorum et rex Gomorrhae et rex Adamae et rex Seboim et rex Balae ipse est Segor: et ordinaverunt contra eos bellum in valle Siddim: contra Chodorlahomor regem Elamitarum et Thadal regem nationum et Amraphel regem Sennaar et Arioch regem Pontus: quattuor reges contra quinque. Vallis autem Siddim habebat multos lacus bituminis: fugerunt ergo rex Sodomorum et Gomorrhae: et ceciderunt ibi: et qui remanserant fugerunt ad montana. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrhae et universas escas: et abierunt. Tulerunt et Lot et substantiam ejus filium fratris Abram: et abierunt habitabat enim in Sodomis. Venit autem unus qui evaserat: et nuntiavit Abram Hebraeo qui habitabat juxta convallem Mambre Amorrhaei fratris Escol et fratris Aner: hi enim erant pactum habentes cum Abram. Quod cum audisset Abram captivum ductum esse fratrem suum: numeravit electos vernaculos suos trecentos decem et octo: et persecutus est usque Dan. Et irruens super eos nocte: ipse et servi eius percussit eos: et persecutus est usque Hoba quae est ad sinistram Damasci: et reduxit omnem substantiam: sed et Lot fratrem suum cum substantia illius mulieres quoque et populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ejus: postquam reversus est a caede Chodorlahomor et regum qui cum eo erant: in valle Save quae est vallis Regis. Melchisedech autem rex Salem proferens panem et vinum erat sacerdos Dei altissimi. Benedixitque ei et dixit: Benedictus Abram Deo excelso qui creavit caelum et terram: et benedictus Deus excelsus qui protexit hostes tuos de manibus tuis. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixitque rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas quas excussisti de manu mea: et substantiam tolle tibi. Respondit Abram regi Sodomorum: Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem caeli et terrae: a filo subtegminis usque corrigiam calceamenti: non accipiam de omnibus quae tua sunt: ne dicas: Ego ditavi Abram: excepta hac quae comederunt pueri: et partes virorum qui venerunt mecum: Aner Escol et Mambre: isti accipient partes suas.

Post sermones autem hos factus est sermo Domini ad Abram per visionem: dicens: Ne timeas Abram: ego protector tuus sum: et merces tua magna nimis. Dixit autem Abram: Domine Deus quid mihi daturus es? Ego vocabo filium procurationis domus meae hujus: Damascus Eliezer. Et ait Abram: Mihi autem non dedisti semen: et ecce vernaculus meus hic heres meus erit. Statimque sermo Domini factus est ad eum: dicens: Non erit hic heres tuus: sed qui egredietur de utero tuo: hic possidebit hereditatem tuam. Eduxitque eum foras: et ait: Suspice caelum et numera stellas si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Credidit Abram Deo: et reputatum est ei ad justitiam. Dixit quoque ad eum: Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldaeorum: ut darem tibi terram hanc et possideres eam. At ille: Domine Deus unde scire possum quod possessurus sim eam? Respondit Dominus: Sume mihi vaccam trimam et capram trimam et arietem trimum: turturem quoque et columbam. Qui tulit universa haec et divisit ea per medium: et singulis contra se partibus obtulit: avium autem non divisit. Descenderuntque volucres super cadavera: et abigebat eas Abram. Cumque sol occumberet: sopor irruit super Abram: et ecce horror magnus et tenebrosus invasit eum. Dictumque est ad eum: Scito praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: et servient eis et affligent eos quadringentis annis. Sed et gentem cui servient judicabo ego: et post haec egredientur cum substantia multa. Tu autem ibis ad patres tuos in pace: sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertentur huc: nondum enim completae sunt iniquitates Amorrhaei usque ad praesens tempus. Cumque occubuisset sol et caligo facta esset: apparuit clibanus fumans: et lampas ignis transiens inter divisiones illas. In die illa pepigit Dominus foedus cum Abram: dicens: Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Aegypti usque ad fluvium magnum Euphraten: Cinaeum et Cenezaeum et Cedmonaeum et Hetthaeum et Pherezaeum et Raphaim et Amorrhaeum et Chananaeum et Gergesaeum et Jebusaeum.

Sarai autem uxor Abram non pariebat ei liberos: habens ancillam Aegyptiam nomine Agar. Dixit ergo Sarai ad Abram: Ecce concludit me Dominus ne pariam: ingredere ad ancillam meam: forsitan ex illa aedificabor. Cumque acquievisset Abram precibus uxoris: tulit Agar Aegyptiam ancillam suam decem annis habitationis in terra Chanaan: et dedit eam marito suo uxorem. Qui ingressus est ad illam: et concepit. Videns autem quod concepisset: despecta est domina sua ab ancilla sua. Dixitque Sarai ad Abram: Quod facis mihi injuste: ego dedi ancillam meam in sinum tuum: quae videns se concepisse despicit me: judicet Dominus inter me et te. Respondit Abram uxori suae: Ecce ancilla tua in manu tua est: utere ea ut libet. Humiliavit igitur eam Sarai: et illa fugit a facie ejus. Cumque invenisset eam angelus Domini in solitudine fontis aquae in deserto: qui est in via Sur: dixit ei: Agar ancilla Sarai: unde venisti et quo vadis? Quae respondit: A facie Sarai dominae meae ego fugio. Dixitque ei angelus Domini: Revertere ad dominam tuam: et humiliare sub manibus ejus. Multiplicans multiplicabo semen tuum: et non numerabitur prae multitudine. Et rursum: Ecce concepisti: inquit: et paries filium: vocabisque nomen ejus Ismahel: eo quod audierit Dominus humilitatem tuam. Erit autem homo ferus: manus ejus contra omnes: et manus omnium contra eum: coram cunctis fratribus suis figet tabernacula. Vocavit autem nomen Domini qui loquebatur ad se: Tu Deus qui vidisti me. Et dixit: Etenim hic vidi posteriora videntis me. Propterea vocavit puteum illum: Puteum viventis et videntis me. Ecce inter Cades et Barad. Peperit autem Agar filium Abram: et vocavit Abram nomen filii sui quem genuit Agar: Ismahel. Octoginta sex annorum erat Abram cum genuit Ismahel Agar.

Cumque esset annorum nonaginta novem: apparuit Dominus Abram: et dixit ei: Ego Deus omnipotens: ambula coram me et esto perfectus: et ponam pactum meum inter me et te: et multiplicabo te nimis. Cecidit Abram pronus in terram: et locutus est ei Deus: dicens: Ego ecce pactum meum tecum: eris pater multarum gentium: et non vocabitur ultra nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Et faciam te crescere quam maxime: et ponam te in gentibus: et reges ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me et te: et inter semen tuum post te in generationibus suis: pactum sempiternum: ut sim Deus tuus et seminis tui post te. Et dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tuae omnem terram Chanaan in possessionem aeternam: et ero Deus eorum. Dixit quoque Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum: et semen tuum post te in generationibus suis. Hoc pactum meum quod observabitis inter me et vos et semen tuum post te: circumcidetur ex vobis omne masculinum. Et circumcidetis carnem praeputii vestri: ut sit in signum foederis inter me et vos. Puer octo dierum circumcidetur in generationibus vestris: vernaculus et emptitius: et quicumque fuerit alienigena et non de semine tuo. Circumcisione circumcidetur vernaculus domus tuae et emptitius pecuniae tuae: et erit pactum meum in carne vestra in foedus aeternum. Masculus cujus praeputii caro circumcisa non fuerit: delebitur anima illius de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Dixit autem Deus ad Abraham: Sarai uxor tua non vocabitur nomen ejus Sarai: sed Sara. Benedicam ei: et ex illa dabo tibi filium: benedicamque ei: et erit in nationes: reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham super faciem suam: et risit: dicens in corde suo: Putasne centenario nascetur filius? et Sara nonagenaria pariet? Et dixit ad Deum: Utinam Ismahel vivat coram te. Dixit autem Deus: Sara uxor tua pariet tibi filium: et vocabis nomen ejus Isaac: et constituam pactum meum illi in foedus aeternum: et semini ejus post eum. Super Ismahel quoque exaudivi te: ecce benedicam ei: et crescere faciam eum: et multificabo valde: duodecim principes genuit: et faciam illum in gentem magnam. Pactum autem meum statuam cum Isaac: quem pariet tibi Sara tempore isto in anno alio. Postquam finem fecit loquendi cum eo: ascendit Deus de Abraham. Tulit igitur Abraham Ismahel filium suum: et omnes vernaculos domus suae: et emptitios pecuniae suae: omne masculinum in domo Abraham: et circumcidit carnem praeputii eorum statim in die hoc: sicut locutus est ei Deus. Abraham nonaginta novem annorum erat: cum circumcideret carnem praeputii sui. Ismahel vero filius ejus tredecim annorum erat: cum circumcisionis carnem praeputii sui faceret. In die hoc circumcisus est Abraham: et Ismahel filius ejus: et omnes viri domus ejus: vernaculus et emptitius: qui de terra peregrina emptus erat: circumcisi sunt pariter cum eo.

Apparuit autem ei Dominus ad convallem Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui: die maxime fervente. Cumque levasset oculos vidit tres viros stantes prope se: quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui: et adoravit terram. Et dixit: Domine si inveni gratiam coram te: ne transeas famulum tuum. Sed afferatur pauxillum aquae: et lavent pedes vestros: et requiescite sub arbore. Ponam buccellam panis: et confortate cor vestrum: postea transibitis: quia propterea declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt: Fac sicut locutus es. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram: et dixit ei: Accelera tres modios similae: commisce et fac subcinericios panes. Ipse ad armenta cucurrit: et tulit vitulum tenerrimum et optimum: deditque puero: qui festinavit et coxit. Tulit quoque butyrum et lac: et vitulum quem coxerat posuit coram eis: ipse stabat juxta eos sub arbore. Cumque comedissent: dixerunt ad eum: Ubi est Sara uxor tua? Respondit: Ecce in tabernaculo est. Et ait: Revertens veniam ad te tempore isto: vita comite: habebit filium Sara uxor tua. Quod audiens Sara: risit post ostium tabernaculi: erant autem ambo senes: et provecti aetate: cessaverat quod mulieribus solet fieri. Risit ergo Sara occulte: dicens: Postquam consenui et dominus meus vetulus est: voluptati mihi erit? Dixit autem Dominus ad Abraham: Cur risit Sara dicens:

vanitas portam ciuitatis eius dicens: Ne quaquam ita fiet domine
mi, magis ausculta quod loquor: agrum tibi trado & speluncam que
in eo est precio: filiis populi mei sepeli mortuum tuum. Adorauit
dulia tibi in
genuflexus
abraham coram populo terre & locutus est ad ephron audiente
plebe. Quesoque ut audias me. Do pecuniam pagio sicsape eam
& ibi sepeliam mortuum meum in meo. Respondit ephron. Domine mi
audi. Terra quam postulas quadringentis argenti sicli valet. Sed
est pecunia inter me & te. Quantum est hoc? sepeli mortuum tuum

Holnat abrahaam greges accepit. vi. xx. m. Bs qui erant meliores suos &c. Sexies. a filio scribentis usq; ad corrigram caligo nō accipitur: ex annalib; que tua sunt.

Sedem quidam. Omega q; ultima littera grecorum est. Significat perfectionem. Alpha q; prima littera est. Que imperfectionem. q; ut p; mundum nomine intelligit a primo principio creatus est usq; in consummationem. O. significationem. Omnia enim consistentia cum quibusdam punctis. Significat consistentes sunt cum vocalib;.

Q; numquid precium vendendo. Abraham petit vendendo. nō videt precesse. Sicut hodie plures qui emunt agros ut faciant ecclesias. ut forte ex his emerent prius quam prohiberentur. Nec p; quos necesse. Nec p; petit accepisse. Sicut peccaret qui easdem vendendo fundit. Sup. q; sicut Ecclesia. Sibi nec. de q; patrimonio sibi &h.

quid cum audisset abraham appendit precium quam ephron postulauerat audientib;
filiis heth. quadringentos sicclos
argenti & probate monete publice.
Domui dei; ephron.
Confirmatq; ager. quondam e
confirmatq; perfectus. p; uenditam sepulturam ephron.
fuerunt mutuo eius speluncа duplex
mutuo ul; imperfecta
respiciens mambre. tam ipse quā
spelunca & omnes arbores eius
in circuitu terminum p; circumitū
abrahe in possessionem uidentib;
filiis heth. & ciuibus qui ingrediebāt
Anima mundo mor
portam ciuitatis illius. atq; ita sepelit abraham saram uxorem
tuā deo unā. Requie actione contemplatiue uite. Ge. adorauit. confirmatq; ag. & spelunca
suam in spelunca agri duplici
chrum duplex q; pfert p; duabor; eruditam à delicti
qui respiciebat mambre. hec
nal carnal à anima. abstrahitur sub bone operationis
& contemplationis regimine. ut a carnali conuersatione
hebron in terra chanaan. & con
firmatq; ager. & arbor in qd
erat in eo. abrahe in possessionē
Ad colo. nn.
Li. vi. ca. xvii.
adhuc enim in carne positi; mortuos sepelire. Contemplatiua p; hec. que a ciuitate actionis; fugitur
dum dicit. Q; q; ia ille conuersatio est carnal. et domus
ei; sup; ut in eam ptucha sit operatio mentis. q; erat.
& quia sine p; cia operatio fuit ac sicca. sine contemplatione q; erat. Ho; enim p; fec

GENESIS XXIIII

pdicatore · qui ꝑ conuersationis studiū opā da negligit · ut ꝑ operationis mutationē cōtemplanda ꝓpōnit.

